

Ad. 84.





171
172
173



DISPUTATIONUM VER-
NALIUM II.

DE
JURIS RO-
MANI PRINCIPIS
COGNITIONIS ET
OPERATIONIS,
QUAM

ADJUVANTE DEO,
Consentiente Amplissimo Jcto-
rum Ordine,

P R Æ S I D E

Viro Clarissimo & Consultissimo,

D. ERASMO UNGEPAUR,

D. U. J.

IN ILLUSTRISALANA
publicè

DIE XI. SEPTEBRIS
defendere conabitur

JOHANNES GEORGIUS MÜLLER,
NORIMBERGENSIS.

J E N Æ

TYPIS WEIDNERIANIS, ANNO C. 1613.

*Omnibus bonis in rebus conatus in laude,
effectus in casu est: Apul. in Florid.*



MAGNIFICIS, NO-
BILISSIMIS, CLARISSI-
MIS ET CONSULTIS-
SIMIS VIRIS:

Dn. PHILIPPO CAMERARIO,
Dn. CHRISTOPHORO ANDREÆ GUGEL,
Dn. CHRISTOPHORO HELD,
Dn. GEORGIO REMO,
Dn. JOHANNI CHRISTOPHORO OELHAFEN,
Dn. GEORGIO ADELBERTO BURCCARD,
Dn. MATTHIÆ HUEBNER,
Dn. HIERONYMO FEZER,
Dn. JOHANNI JACOBO SCHEURL,
Dn. JOHANNI HENRICO HULS,

J. U. Doctoribus celeberrimis, Inclytæ Reip.
Noricæ Consiliariis dignissimis, Patronis & Fauto-
ribus suis suspiciendis,

In cultura monumentum,
Fultura munimentum,

D. D. D.

Respondens.

191

AD NOBILE ET AMPLISSIMUM INCLYTI SENATUS
NORIMB. Consiliariorum Collegium.

DE vobis ego scire queam, quid censeat equus
Censor de Thesibus: Ego vobis dicere possum,
Bombylium non esse hominem nostrum Molitorem:
Et tamen in tantam molem res crevit! oportet
Ergo, gravem benè rem tractaverit ille. Putaram
Hunc Geminis debere ortum, quod sidus acutos,
Acres, Cantores, hilares, pariterq; facetos
Progignit. Sed enim natura non satis unum
In producendo hoc: Concurrit sidus & illud
Librantis noctem chela cum tempore lucis.
Id quod tum demum poterit mihi verius esse,
Si Thesium ipsarum vobis hoc schema probetur,
Quorum Consiliis res Norica nititur illa,
Quam penes est Prudentia, quam Sapientia honorat.
M. Christophorus Reich, Ecclesiæ ad D. Sebald. Diac. P. L.

AD DN. RESPONDENTEM.

Quem Juris finem spectabas JANE GEORGI,
Quando salutabas limina Justiciæ.
Nunc propè depastum cum sit nemus omne Themistæ
Et Digestorum florida prata tibi.
En iterum de fine labor: de fine, sonabunt
Victorem, apprenso, pulpita docta scholæ.
Scilicet, intuitu qui primus, is ultimus actu
Dicitur. Exemplo, belle, tuo ipse probas.
Matthias Börtius Wismariensis.

JANE GEORGE, sacris sacer ambarvalibus, acri
glebas Juridicas vomere mentis arans,
Quin MOLLERE, Dices animi vertigine crebrâ
Usq; molile terens, imò monile ferens,
Nunc iterum stivam ac iterum molimina poscit
Atq; molæ atq; agris Juridicina suis. MOL.

MOLLERUS superest, superestq; Georgius, evax!

Hic arat ardentem, mollit hic atq; molit,

Tu, tu, è Principiis ipsis Jura eruis ipsa.

Hisq; è Principiis Principiata molis,

UNGEPAUERI tam docti, nobilis hujus

AGRICOLÆq; tibi latus aratra jugans.

AGRICOLARUM ô par præclarum, ô ô MOLITOREM

Egregium, his Themidos arva molæq; vigent.

Ad Contribulem suam quâ mensam, quâ edes, quâ studia, quâ mores sincerissimum

Johan ab Hœckelshoven Junior, Breslâ-Silesius.

ME rogas versus, propriis ocellis
Charior nobis, animæque grata
Portio nostræ, Themidos sacratæ
Fulgida gemma.

JANE deberem, fateor, **GEORGI**
(Dummodò Parnassicolæ benignæ!)
Jam tuas comtò celebrare vivas
Carmine laudes.

Seu tuos mores, Scelerisvè puram, &
Integram vitam inspiciam: per amplam
Subministrant materiem canenti
Perpete versu.

Rebus angustis animosus, atque
Cautus ad pares: sapienter idem
Contrahis ventò nimium secundò
Turgida vela.

Est **TIBI** flagrans amor & voluptas,
Infimo quæ sub latitant sepulta
Cortice, ut quæras studio, & labore
Nocte dieque.

Hinc tuæ testis **PRAGA** splendida, atque
SALA Musarum domus, & **Minervæ**
Arx PALÆKOME (reliquas tacebo)
Sedulitatis.

Testis est nobis locuples triumphus
Ille, quem pro **JUSTITIA** gerenti
Bella Divorum **TIBI** destinavit
Atque hominum Rex.

Macte! mactandus meliore Sparta; hæc
Sæpius calces loca, præsidente
Fidò Achate hoc, qui superiorum amicus
Atque bonorum.

Dico **ERASMUM**; qui Charitū medulla,
Corculum Astrææ, Generosa **VIRTUS**
Cui parens, Pallas dederatq; dulcia
Hubera quondam.

O satis digno decorare fas mi
Carmine utrumq;! at citius pererret
Universum orbem cochlea, unius quàm
Dicere laudes

(Ambo quas dudum meriti) potissim.
Suavior nobis animâ, vel ipsâ
Suavius si quidquam animâ, **GEORGI**
Nobile pectus;

Fictum & argillâ sapientiori,
Per reluctantem cumulum æmulorum
Fortior tende ad decus æviternæ
Posteritatis.

Auguror: **SERTUM** tibi jam ligatur.
Zoilo ut rumpant etiam ilia, ecce
Mox **RUBRAM** inponet Capiti **TIARAM**
EUNOMIA ipsa.

Utque nunc inter Juvenum coronas
Clarus effulges: veluti minores
Stellulas inter renitet, vibratque
Aurea Phœbe;

Sic brevi lumen columenque fias
Patriæ magnæ! **DEUS** hisce nostris
Adnuat votis! veniat petitis
Nulla repulsa!

ITA VOVEO: ITA FIAT!

Christophorus Hæsticbius

Norimbergensis.



DISPUTATIONUM
VERNALIUM II.

DE

Juris Romani principiis co-
gnitionis & operationis.

Respondente

JOHANNES GEORGIO
Müller Norimbergensi.

Thesis Prima.



Ulo sunt, quæ in jure A. Ro-
mano, quod est ars B. æqui, C. &
boni, D. ut & aliis E. discipli-
nis, quarum natura in operatione con-
sistit, F. veniunt in consideratio-
nem: quorum alterum cognitionis, al-
terum operationis principia G. complectitur.

* A. de quo, ne in re ignotâ versemur, an aliquod jus
detur, & si hoc, quid illud sit, videndum erit, quæ quæstiones
Arist. ejusdem sunt *διανοίας* & *Metap. c. 1. t. 1.* Illius decisio dependet
ab actionibus eorum, qui suum cuique vel tribuunt, vel detra-
hunt. Positâ autem justâ actione, ponitur necessariò jus, cujus
respectu actio illa justa nominatur: & positâ injustâ, ponitur
quoque injuria, per quam solam etiam satis ostenditur jus. O-
mne enim, quod non jure fit, generaliter injuria dicitur, *l. 1. in*
pr. ff. de injur. & sic injuria juri contrariatur. Contrariorum autem

A

si al-

si alterum est natura; & alterum esse natura necesse est, si sit con-
 trarium: atque aliquam ipsius esse naturam, *Arist. 2. de cæl. c. 3. t. 18.*
Confer Coras. de juris arte p. 1. c. 3. & Bologn. de Æquit. c. 9. Hujus
 v. à duarum quæstionū decisione; Una est de nomine, denomi-
 nis definitione altera. De hac infra. In illa vocabuli ὀμωνυμία,
 & nominis Etymologia & allusio occurrit. Illa parit juris voca-
 buli duplicem acceptionem, propriam & impropriam. De pro-
 pria in nominis definitione. Improperia refertur 1. ad res, quæ ad
 jus pertinent. 2. ad locum. 3. ad personam. 1. Ad personam, judi-
 cem videlicet, qui jus dicit. Sic *Arist. 5. Ethic. c. 4.* adire judicem,
 est adire ipsum jus. 2. Ad loca, in quibus jus redditur, quæ Præ-
 toria appellantur in *Nov. de præf. Pisid. 24. in pr.* appellatione col-
 latâ ab eo, quod fit in eo, ubi fit, per Meton. adjuncti pro subje-
 cto. Ubicunq; igitur prætor salva majestate imperii sui, salvoque
 more majorū jō dicere constituit, is locus rectè jus appellatur, *l. p.*
ff. de J. & J. & l. voluit prætor 4. §. 1. ff. de interrog. in jure fac. in quo
 pro vel non frustrâ legi debet non cum *Hottom. lib. 1. obs. 22.* 3. Ad
 res refertur impropria illa acceptio, quatuor ut plurimum mo-
 dis. & significat 1. facultatem, licentiam, & auctoritatem jure
 tributam aliquid faciendi, *l. 1. ff. de usufr. l. 1. ff. de S. R. P. & l. f. ff.*
de J. & J. 2. Justitiam cum suis speciebus, *Arist. 5. Eth. 1. & 4. 3.* In-
 definite id, quod cuique jure debetur & tribuitur, ut ex definitio-
 ne justitiæ apparet. 4. Artem æqui & boni per Met. contenti,
Don. 1. com. 3. & in pr. tit. 1. de act. n. 5. Guil. Bud. in l. usufructuarius 44.
ff. de usufr. Coras. d. p. 1. c. 12. & Anton. Fab. in J. P. 1. 1. pr. 1. Hæc verò
 variam experta est *Dd. explicationem, 1. Don. 1. com. 4. Rev. 1. var.*
1. & 2. W. s. in par. ff. de J. & J. n. 14. & alii, juris nomen deducunt
 à jubendo, unde jus quasi jussum dicunt, autore Festo, cum qua-
 tenus constituitur, jubeat ea, quæ facienda sunt, *Don. 26. com. 2.*
Coras. d. loc. c. 12. Perott. Cornucop. & Prat. in Lex. Jur. in verbo: jus, 2.
 Grammatici derivant à juvando. 3. Alii ab ἰόν, quod est vagum,
 nec fixum certo loco aut tempore. Jus enim solet mutari, unde
 à justitia sistitur. 4. Alii ab ἰόν, tragicâ & miserabili illa ejulatio-
 ne, qua homines, cum sine imperio adhuc in agris ac sylvis va-
 garentur, infirmiores à potentioribus oppressi, utebantur, *Scip.*
Gent. lib. sing. Orig. in verbo: Justitia. 5. Alii jus dicunt quasi Jovis os
 contra-

795

contractè, quia omne jus & omnis lex inventum ac munus Dei est, *l. 2. ff. de LL. Christ. Becm. in orig. 6. Alciato 1. parad. c. 29.* jus est quasi vis, hoc est, voluntas potentioris, qui vim sistere, id est, coercere potest. Unde eidem quoque justitia dicitur quasi *vis stitia*, κατ' ἀντιστοιχίον, id est, elementi præpositam trajectionem, quam analogiam argutam & dignam suo nomine, *Francis. Pollet, Catuac. lib. 1. Histor. Fori Rom. c. 8.* magis verò scitam, quam veram putat doctis: *Scip. Gent. d. 1.* Et certè, aut intelligit Alciat: per vim, justam aut injustam. Si hanc: jus planè non est, quia nihil tam inimicum juri, quam vis, *Cic. in Orat. pro Cecin.* Si verò illam: vis dici nequit per *l. factum 155. §. 1. ff. de R. J. arg. l. injuriarum 13. §. 1. & l. quod reipub. 33. ff. de injur. 7.* Vaconio à *Vac. 1. declar. 1.* jus dicitur per apocopen, remotâ syllabâ, tum: sicut fac pro face. Dici potest cum *Ulp. in l. 1. in pr. ff. de J. & J.* jus non à nomine justitiæ, attentâ videlicet derivatione Grammaticâ, sed justitiâ ipsa appellatum esse, quæ naturâ prior jus omne peperit, formavit & informavit, & cum re etiam nomen. Et quamvis jus pro arte juris, quæ justitiâ posterior est, sumi, concedi debeat, ut colligere licet ex *Celsi* definitione, & *§. 2. d. l. 1.* tali tamen responsione

ICto satis non fit, qui de nomine huic arti indito quærit, quod ut revera ante artē fuit; sic etiam revera ob artē à justitia appellari nequit. At appellatum est à justitia. Alio ergò respectu, eo videlicet, quo cum *Don. dixi. * B. Ehem. lib. 7. de prin. jur. c. 17. & ult. Iohan. Coras. lib. de jur. arte p. 1. c. 1. Henr. à Bila de juris art. & Volcmar. Scrib. in introd. ad jurisprud. th. 3.* Quodcunque enim est cognoscibile & finitum, habet subjectum & proprium finem, certis constat præceptis universalibus, quæ materiam artis supeditant, & denique ex suis causis & principiis demonstrari potest, id in artem est redigibile. At prius de jure Romano prædicari potest. Quod probo: *Est enim cognoscibile*, ut ex jurisprudentiæ definitione, quæ nihil aliud est, quam juris cognitio, apparet. *Est finitum, l. in omni 2. ff. de l. & f. ignor.* Habet subjectum & proprium finem, ut patebit infra. Certis & catholicis constat præceptis, (licet non catholicis definitionibus, quæ nihil sunt aliud, quam canones, *l. omnis 202. ff. de R. I. l. 1. ff. de Reg. Caton. l. mora 32. in pr. ff. de usur. l. Quintus 10. ff. de aur. & arg. leg. conjunctâ, l. 4.*

A 2

§. 1.

796.
§. 1. ff. de hered. instit. & l. 5. §. 8. ff. de donat. inter vir. & ux. Jut' no-
tissimum. Et licet non omnes circumstantiæ, quæ in actionibus
spectandæ, à lege determinari possint; lex tamen respectu illarū
circumstantiarum universalis est & generalis, Arist. 5. Eth. cap. 10.
& lib. 2. M. M. c. 1. & lib. 3. polit. c. 7. Potest denique ex suis causis
& principiis demonstrari, ut testatur t. 1. & 2. l. & t. t. ff. de l. & l.
E. etiam posterius. Parum stringunt, quæ Bodinus in distribut. jur.
univ. & P. Costal. in parerg. pand. n. 10. ab hac sententia discedentes,
objiciunt, ad quæ non difficulter ex sequentibus responderi po-
terit positionibus: 1. Artium quoque præcepta esse de rebus sin-
gularibus, ut patet ex inductione Theologiæ & reliquarum di-
sciplinarum. 2. Jura non in singulas personas, ob defectum rei,
Arist. 2. Ethic. c. 7. lib. 3. c. 1. lib. 5. t. 10. & lib. 7. c. 3. & legislatorem,
qui in lege aliquid vel ἀκων vel ἐκων omittit, Arist. 1. Rhet. cap. 13.
sed generaliter, hoc est, indefinitè constitui, l. 1. & l. jura 8. ff. de
LL. l. leges 3. & l. leges 9. C. d. t. quia rei indefinitæ indefinita est re-
gula. 3. Seniorum interdum prudentiæ & experientiæ fidem ha-
bendam esse, monente Arist. 6. Eth. c. 11. non quod istud virorum
prudentum consultum, ut vocatur in d. l. 1. ff. de LL. destituatur,
ratione: repugnaret enim hoc l. 1. & 10. ff. de l. & l. & c. in istis 3.
dist. 4. sed ne, si scrupulosè in illud inquiramus, subvertatur, l. &
ideò 21. ff. de LL. quo in sensu non malè accipitur, l. non omnium 20.
ff. eod. 4. Jus Romanum, licet in hypothese mobile dici possit, ta-
men non moveri in thesi, §. pen. l. de l. N. G. & C. & §. f. l. de leg.
agn. tut. Manet ergò, jus nostrum redigibile esse in artem, quam-
vis illam visendam nobis vix exhibuerit Tribonianus cum suis
Collegis, sed potius corpus Horatianum, Duar. tit. de l. & l. c. 2.
& l. 5. de pact. Don. 1. com. 1. Hottom. in præf. lib. 5. obs. Mur. in præfat.
com. t. de de O. I. Coras. 1. de jur. arte 1. Vincent. Castell. lib. 1. de off. Reg.
c. 18. Althus. in præfat. lib. 2. I. R. & Volemar. Scrib. d. loc. thes. 52. ob
rationes, quas affert Wes. in orat. de compos. jur. duas, quarum una
est, quod Tribonianus sese nimia festinatione præcipitaverit: .:
altera, quod unà cum collaboratoribus, dexteritate judicii, co-
piâ, & maturitate solidæ eruditionis, omni denique graviorum
artium (Jctorum tamen nomini non multum officere putat, quod alias
artes non percalluerint, Duar. in l. conventionum 5. ff. de pact.) in-
strumen-

strumento caruerit, de quibus non immerito adhuc, num verae sint, dubitari potest. * C. Aequitas (quae secundum Io. Franc. Ozer. in proem. l. n. 17. à justitia differt,) ut definit Vult. l. 1. R. c. 1. est duorum pluriumve inter quos res aliqua est, proportio: exempli g. inter magistratum & subditum, dominum & servum, maritum & uxorem, parentes & liberos, tutores & pupillos, delictum & poenam, &c. Proportio autem illa nititur vel juri naturali, quod in lata significatione etiam jus gentium comprehendit, §. singularum 11. l. de R. D. vel praecipis civilibus & pratoriiis, quae Reip. Romanae accommodantur, l. bona fides 31. ff. de pos. Duar. in tit. de pact. in pr. Hinc duplicis aequitatis in jure mentio fit, naturalis, in l. dedi tibi 3. §. sed si ff. de cond. caus. dat. l. 1. in pr. ff. de leg. praest. l. 1. in pr. ff. de pact. l. 1. in pr. ff. de constit. pec. l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. & met. except. l. 2. §. 2. ff. de precar. l. hac parte 2. ff. unde cogn. l. 1. in pr. ff. de minor. l. postliminium 19. in pr. ff. de captiv. & postlim. revers. & §. emancipati 9. l. de hered. quae ab intest. def. quae etiam vocatur justitia naturalis, l. scire 13. §. si enim 7. ff. de excusat. tut. ratio, l. scripto 7. §. 1. ff. si tab. test. null. ext. ratio naturalis, l. cum ratio 7. ff. de bon. damn. juris naturalis moderamen, l. non sine 5. C. de bon. quae liber. & summa aequitas, d. l. bona fides 31. in pr. ff. de pos. l. & habet 15. in pr. ff. de precar. & l. 1. in pr. ff. quod quisque jur. in alter. & civilis, l. 1. §. haec autem 1. ff. si is, qui testam. lib. esse juss. Duar. ad tit. de usurp. & usucap. P. Fab. in l. 90. n. 11. ff. de R. J. Vult. in §. 2. n. 4. l. de J. & J. licet Ioh. Celich. de aequit. c. 2. unicam duntaxat aequitatem agnoscere velit. Ultramque profitetur jus nostrum civile, quia ars est aequi, & Cic. in Top. ipsa aequitas. constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. Ex hoc fonte non malè eruunt, Glossa ad l. 8. C. de judic. Bart. in l. 1. ff. de usucap. Dec. in l. 90. n. 9. ff. de R. l. Revard. in d. l. 90. Myns. 6. obs. 63. Georg. Acac. Enenkel. lib. 1. de privileg. jur. civ. c. 12. contra Duar. 2. disp. 18. Don. 1. com. 13. & 26. com. 2. Anton. August. 4. emendat. 8. P. Fab. in d. l. 90. n. 1. Anton. Fab. 1. l. P. t. 1. pr. 2. confut. 1. Hippolyt. à Collib. Ang. Matthæac. lib. 1. de via jur. Alex. Turam. libr. sing. de LL. p. 3. c. 3. Vult. in §. 2. l. de l. & l. n. 3. & Ioh. Celich. d. l. in f. duplicem dari aequitatem, scriptam & non scriptam. Scriptæ (cujus gratia prioribus Dd. grandis dica scribitur,) meminit l. placuit

A 3 8.C.



J. C. de jud. quam voculam licet *Dd.* codicis cujusdam antiqui auctoritate moti, expungere velint, retinendam tamē esse existimarem, nisi in id, jus videlicet, quo utimur, aut tantum sine scripto constare, aut scriptum jus æquitate destitui, quod utrumque absurdum, §. *constat 3. l. de l. N. G. & C. & d. l. 1. in pr. ff. de l. & l. incidere* velimus. Prædicatur enim æquitas de jure scripto, quatenus constat vel consensu expresso, vel quatenus id redactum est in scripturam. Si propter prius: Nullum habemus jus scriptum: aut habebimus certè æquitate destitutum, quod absurdum. Æquitas enim anima juris est, quo etiam respectu *Diatogenes Pythagoreus* Æquitatem & Clementiam assessores justitiæ dixit. Si propter posterius: prædicabitur de jure æquum, quod redactum est in scripturam. Nec stringit, quod communiter affertur, æquitatem scriptam legis adsumere nomen, æquitatis verò amittere; quia æquitas aut deposuit ob scripturam suam essentiam, aut eam retinuit. Si deposuit: nullum jus, quod in scripturam redactum est, erit æquum, deposuit enim secundum *Dd.* æquitas suam essentiam, quæ consistit in æquo, ob intervenientem scripturam. Si verò retinuit: dicant, cur nomen suum simul cum essentia non retineat, cum nomina debeant esse reb. consequentia, §. *est & aliud 3. vers. sed nos l. de donat. & rerum vocabula sint immutabilia, l. si quis 4. in f. pr. ff. de leg. 1.* Manet ergò, dari scriptam æquitatem, cui non scripta, quæ, quoniam *Arist. lib. 5. Eth. c. 14. & lib. 4. Eud. cap. 8.* est *πανόρθωμα νομίμῃ δικαίῃ*, illâ præstantior & melior est, ut species speciei opponitur. Cur autem hæc illam corrigat, non causa est, quod jus, quod strictum vocatur, non sit in se æquum: omne enim jus æquum est, aliàs non esset jus: sed quia æquitas illa aliquo modo jure scripto, in quo defectus latitat, partim ob rei naturam propter multiplicem circumstantiarum varietatem, partim ob legis formulam, in qua aliquid à legislatore omissum fuit, quem etiam judex, qui tanquam jus animatum est, *Aristot. 5. Eth. c. 4. & lib. 4. Eudem. c. 2.* prudentiâ sua corrigere debet, melior est *Arist. d. lib. 5. Ethic. c. 14.* * *D.* quæ vox superflua non est, exemplo multarum definitionum, quas excusat *Rudolph. Goclen.*

elen. p. 3. probl. logic. 1. Jus itaque nihil est aliud, quam æquitatis in societate civili benè administrandæ ratio. Seu: æquitatis bonitatisque hujus in artem redacta (à Jctis nostris) collectio, *Andr: Alciat. lib. 1. parerg. c. 30. inf.* Quod verò aliis est utile, illud nobis bonum, & quod nobis est æquum, aliis honestum, quæ duo, qui primitùs distraxerunt, rem pessimam in Rempublicam invexerunt, *Cic. lib. 3. offic.* Ob quam causam æquum & bonum pro simplici nomine accipiunt, *Dom. Sot. de l. & l. lib. 3. q. 1. art. 1. Bud. in annot. ad l. 1. ff. de l. & l. P. Fab. in l. 90. n. 11. ff. de R. l. Oldendorp. de jur. & equit. t. 1. de var. bon. & æq. appellat. Don. in Rubr. C. de pact. n. 11. & lib. 26. com. 2.* quod verum existimo, si æqui & boni connexionem tantùm innuere velint. Omnia enim juris præcepta bona & utilia, sunt etiam æqua & honesta, & contrà. Parum movent inhonesta, quæ in legibus occurrunt, *l. non omne 144. ff. de R. l. ut, quando licet concubinam habere, l. 3. & t. t. ff. de concubin. meretrici validè donare, l. affectionis 5. ff. de donat. cum turpiter non accipiat, l. idem 4. §. sed quod 3. ff. de condict. ob turp. caus. Don. 14. com. 25. vide Didac. Spin: à Caceres in spec. testam. gloss. 6. de legat. caus. piæ & c. n. 19. & seq. scortari, l. quæ adulterium 29. C. ad l. Jul. de adult. & l. ancillarum 27. §. fina. de hered. per. Henr. Salmuth in not. ad pancir. p. 1. t. de habitu Imp. p. 416. & sequentib: & alia plura: quia, licet non sit sine vitio, quod ignoscitur, & non punitur, *l. & si quis 14. §. Divus 14. ff. de relig. & sumpt. non tamen præcipitur. c. 2. dist. 13. quod permittimus non jubemus, c. Apostolus 32. quest. 7. sed nolentes præcipimus; quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus, c. hac ratione 31. q. 1. Et quamvis mala non sint facienda, ut inde bona veniant, *c. 3. ad Rom. v. 8. multa tamen licent, quæ non conducunt, 1. ad Corinth. 6. v. 12. & minora mala sæpè in Rebus publicis tollerantur, ne ob hominum κληρονομία majoribus fenestra aperiatur, Matth. 19. v. 7. & 8. Unde in Conc. Tol. 8. c. 2. legitur. duo mala, licet sint omninò cautissimè præcavèda, tamen si periculi necessitas ex his unum perpetrare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare, c. duo dist. 13. Didac. Spin. d. tr. gloss. 15. de filius legit. n. 113. & loh. Robert. lib. 3. sent. c. 12. Si verò idem esse putent æquum & bonum, ab iis recedo, quia aliud est res ipsa***

ipfa

7800.
ipsa, aliud usus rerum, *Accurs. in l. 1. in pr. ff. de l. & l. Alciat. 1. par. c. 30. Coras. lib. 2. miscell. c. 18. & Goclen. in q. Eth. 38.* Ex hoc fonte fluit omne jus, ut utile hominibus sit, esse constitutum; quia verò omne quod utile est, est vel publicè vel privatim utile, cum tertium dari nequeat, *Anton. Fab. 1. P. t. 1. pr. 5.* sequitur, ut duæ duntaxat, non plures sint juris positiones, *Cujac. lib. 15. obs. 33. in pr. Balduin. & Vult. in §. hujus 4. l. de l. & l. (h. e. vel l. species, Placent. Iohan. Fran. Ozer. Ioh. Cruce. Picard. Emil. Ferret. Henr. Schilbock. & Wes. in d. §. hujus 4. arg. l. conventionum 5. ff. de pact. vel 2. partes, Hottom. & Claud. Dav. velit. leg. quos, ut & priores, refutat Ægid. Hortens. in l. vel 3. theses, Buda. in l. 1. ff. de l. & l. & Duar. de l. & l. c. 4. vel 4. principia, quod tamen infringit Conan. 1. com. 4. n. 3. vel 5. fundamenta, Loriott. de juris arte tr. 10. ax. 25. vel 6. genera, glos. Azo & Fr. Balduin. quos refutat Ozer. d. loc. & Ægid. Hortens. vel 7. loca, in quibus indiscriminatim jus consideratur, ut inde exemplum cujusque juris peti possit, quia in his æquè positum sit, Hortens. & Walth. 2. miscell. c. 8.) publicum videlicet & privatum. Illud publicam utilitatem principaliter concernit, l. 1. §. 2. ff. de l. & l. §. f. l. d. t. & ratione objecti, non verò formæ & usus publicum dicitur, *Don. 2. comm. 5. & 8. comm. 22.* Hoc verò privatam, principaliter & generaliter, *d. l. 1. §. 2. & d. §. f. ibiq. Balduin.* Hoc illud est præstantius, *Cicer. 1. de LL. cum illo regantur civitates:* hoc verò quilibet civis, *Cujac. in Recitat. ad tit. ff. de l. & l. in l. 1. §. 2.* Hoc ordine naturæ prius: illud posterius, ad quod, ni fallor, *M. Tull. in partit. orator.* respexit, & jus scriptum in privatam & publicam divisit, *Cl. David d. loc. ad d. §. 4. n. 4.* Utrumque tamen jus ex naturalibus præceptis aut gentium aut civilibus collectum est, *Hott. Vult. Cl. David d. l. Gæd. in l. 6. ff. de V. S. & Ernest. Cothman. lib. 1. disp. jur. civ. 1. th. 9.* Publicum ex publicis, privatam ex privatis horum jurium præceptis. Si enim ea, in quibus jus publicum consistit, fundamentum habent in tribus istis juribus, certè ex eorundem jurium præceptis jus publicum collectum esse, negari nequit. At prius est verum, ut patet ex *l. 2. ff. de l. & l. Cicer. 2. de nat. Deor. & lib. 1. de LL. l. 5. ff. de l. & l. & l. f. ff. de leg.* Quodq; multa juris publici capita P. R. ab aliis petierit gentibus, planum est ex *l. 2. §. 4. ff. de O. l. & plenius haberemus ex libro, quem M.**

Varro

Varro de gente populi Romani scripsisse fertur, P. Manut. de LL, si is temporis injuriâ non interiisset. Diss. Cujac. in l. 1. §. 2. ff. de I. & I. & in not. ad d. t. 1. Con. lib. 1. comm. c. 4. Wesenbec. 1. & in pand. ff. de J. & J. n. 14. Heig: & Borch: in J. & Nicol. Everhard: Junior in corp: Instit. disp. 1. thes. 36. * E. Erit itaque & juris nostri finis non in cognitione, sed operatione, Aristot: lib: 10. Mor. ad Nicomach: c. postremo, cum finis, inquit, scientiæ civilis sit non cognoscere, sed agere, &c. Jus enim nostrum non est una ex speculativis scientiis, quarum finis in sola veri cognitione acquiescit, nec ulterius progreditur, aut per se dirigitur ad aliquam actionem: sed ex earum censu est, quas Aristot: 6. Ethic: 1. practicas vocat. Et quamvis non ignorem, tam speculativæ quàm practicæ disciplinæ proprium actum esse scire & intelligere, cum nulla ars sit, quæ non constet scientia. Lactant: lib. 3. de falsa relig: c. 5. in eo tamen invicem à se discrepant, quod ipsum scire ab illa per se expetatur, nec aliò referatur: Aristot: 6. Ethic. 3. ab hac non per se, sed propter aliud, operationem videlicet, Bened: Perer: lib. 1. de philos: c. 2. Liqueet ergò, Jus nostrum non posse propriè loquendo scientiam dici, licet quidam contrarium tentarint, cum scire nostrum non sit propter scire, sed propter operari, ut dictum: & omnes leges in materia contingenti versentur, Ehem: lib: 1. de princip. Jur: c. 11. * F. quæ alio, quàm resolutivo ordine, ob naturam artis, ut & speculativæ scientiæ, alio quàm compositivo ordine tradi non possunt, ut latè demonstrat Jacobus Zabarell: lib. 2. de Meth. c. 7. 8. & 9. Quod autem alicui naturale ac essentialè est, id inseparabile & immutabile debet esse. Qui tamen ordo nõ sumitur reverâ ex ipsarum rerum considerandarum natura, sed ex meliore ac faciliore nostra cognitione, Arist: 5. Metaph. 1. & 7. 1. 23. & 1. Ethic: c. 4. Zabarell: d. loc. * G. ex quibus, seu per quæ artifex operatur, in quibus doctrina artis desinit, & à quibus operatio incipit, Zab: lib: 2. de Meth: c. 12.

Thesis Secunda.

Cognitionis principia, quæ per se nota, A. sunt finis & subjectum. Ille B. est suum cuique tribuere. C. Hoc verò, in quo operatio fit D. Homo. E. Unde



7802.

* A. Unde Averr. in lib. 1. Colliget c. 1. principia cognitionis dicit non posse in arte sua demonstrari, sed vel esse per se nota, vel sumi ut declarata in alia disciplina. Sæpè enim non cognoscuntur ab artifice subjecti principia, e. g. faber ferri vel ligni naturam ignorat, & multas ejus proprietates: quoniam ad effectum clavus vel domus parum conferunt. Nec immeritò: quia sufficit ei ferri & ligni, ut & Jurisperito hominis tantam habere cognitionem, quanta ad propositi scopi consecutionem requiritur, Zab. lib. 1. de nat. log. c. 15. Sic finis nunquã ignotus proponitur, & nunquam vocatur in deliberationem: sed potius eam regit & gubernat, ne evagetur à proposito. Neque enim aut Medicus an sanaturus sit consultat, aut Orator an persuasurus, aut Vir ad Rempublicam administrandam aptus, an legibus civitatem temperaturus; neque alii denique artifices de fine deliberant: sed omnes proposito sibi certo aliquo fine, quemadmodum, & quib. rebus eum possint assequi cogitant, Arist. 1. 3. de Mor. c. 5. Cum verò finem ignoramus, quid sit, & num fieri possit, nullo modo invenire possumus media, quia beneficio finis venimus in mediorum cognitionem, Arist. 7. Metaph. * B. à quo ideò exordior, quia finis in rebus agendis principium est, Arist. 7. Eth. 3. & solus inter causas munus suum exercere solet, ac potest, nondum existens, Fons. 5. Metaph. c. 2. q. 11. s. 2. Perer. lib. 8. cap. 3. quo respectu in intentione primum, & operatione extremum & ultimum dicitur. * C. princ. 1. & l. justitiæ 10. ff. de l. & l. Don. ad pr. 1. de act. n. 1. Diss. Duar. 1. anniv. disp. 11. Rain. Cors. 2. indag. 13. Ang. Matth. 1. de via & rat. jur. c. 2. * D. In eo enim est operandum & efficiendum, quemadmodum subjectum scientiæ dicitur demonstrationis, seu de quo, de ipso enim affectiones per principia demonstrantur. Zab. 1. de nat. log. c. 15. * E. Quod autem homo sit verum juris Romani subjectum, probari potest ex principali subjecti conditione, quæ est, omnibus, quæ in disciplinâ illa considerantur, substratum esse. At ad hominem omne jus refertur, cum hominum causa illud constitutum sit, l. cum igitur 2. ff. de statu hom. & hominum causa omnia comparata, l. in pecudum 28. §. 1. ff. de usur. Unde etiã Jcti circa hominem versantur, ut ipsum bonum, non solum metu poenarum, verum etiam præ-

miorum

miorū quoque exhortatione efficiant, l. 1. §. 1. ff. de l. & l. Homo ergò juris subjectum erit, Bald. ad Rubr. ff. de l. & l. Alber. Gent. l. 1. de nupt. c. 8. Tilem. p. 1. disp. pand. 3. th. 1. & Andr. Gerh. Ex. Justin. dec. 1. coroll. 3. Et quamvis jus Romanum à reliquis disciplinis homo non discernat, non tamen propterea verum esse desinet juris nostri subjectum; Nam, ut rectè Zab: 1. de nat: log: c. 15. tradit, per subjecta scientiæ distinguuntur, non verò disciplinæ operatrices, quarum subjectum alii alicui disciplinæ communicabile est. Imò quemadmodum subjectum scientiæ ratione rei consideratæ, quæ est subjecti veluti materia, potest aliis communicari, licet non modus & ratio considerandi possit: Sic etiam potest subjectum disciplinæ operatricis aliis esse commune, licet restrictum à fine non possit, Zab: d. loc: & c. 18. & lib. de nat: scient. const. c. 2. Perer: lib. 2. de philos. c. 4. Ex quibus liquet, non necesse esse, ut subjecti loco, actiones civiles, aut personæ, res & actiones nobis obtrudantur, præsertim cum illæ gignantur à Jurisperito, ut patet, & non considerentur, ut tales, sed ejus respectu, cujus sunt tales. Subjectum enim non gignitur ab artifice, sed præsupponitur, Zabarell: 2. de Meth. c. 12. Simon Simon: in Ethic: Arist: fol. 6. & Cram: lib. 1. Metaph: s. 1. & semper id magis tale est, quòd causa est, ut tale sit alterum, Aristot. lib: 1. post. anal. c. 2. In his verò cesset operatio, Frid. Tileman. d. loc. & partes sint Juris Romani, Vult: 1. J. R. c. 4. Anton: Matth: in not. ad pr. l. de l. N. G. & Civ. At in subjecto finis generandus est, ut constat; & partes disciplinæ alicujus distinguuntur à subjecto, Scalig: libr. 4. de causs. ling: Lat. c. 20. Diss. Dd. communiter.

Thesis Tertia.

His respondet justitia A. B. universalis, C. quæ definitur D. constans & perpetua E. voluntas, F. suum cuique G. tribuendi. H.

* A. quæ est juris mater & filia. *Filia*: sive jus accipias pro noticia & principio practico, sive etiam pro arte. Illud ideo: quia principium prius est eo, cujus est principium, & sic quoque Justitia, quâ habitus, posterior erit noticiâ, sine quâ ille comparari non potest. Hoc verò: quoniam habitus artibus non sunt

B 2 priores,



7 1804.
priors, sed posteriores, cum longâ & multâ exercitatione ad-
miniculo artis, per additamentum ab hominibus inventæ Zab:
2. de nat: log: c. 10. acquirantur, Cic: 1. offic. Coraf; de jure civ. in art.
red: c. 6. Picc: gr. mor: 5. c. 50. Neque enim ars sine naturâ, neque
natura sine arte quicquam excellens, ne quidem consummatum
oratore. Quintil. lib: 2. Institut: Orat: c. 19. producere potest.
Quî ergò hominem politicè justum? Quo respectu Justitia (h. e.
homo justus,) jura omnibus (suum cuique) distribuere dicitur, (per
habitu justitiæ,) in Nov. ut omnes obed. 69. in pr. Omne autem di-
stribuens posterius est eo, quod distribuitur, & sic etiam justitia
jure. Mater: si prævi divinâ hominum mentibus insitâ, fonte o-
mnis boni & æqui, cum th. 1. lit: A. in f. justitiam sumas. * B. Quâ
si divinam & humanam dixeris, meo judicio, non erraveris, sive
ejus originem, sive res, circa quas justitia occupata est, spectes.
In origine cum Dd. sententia hæc convenit, Hier: Setf: select. disp.
7. aff. 1. & Treutl. p. 1. disp. 1. thes. 1. lit. c. non verò in rebus, quæ non ita
tantum spectabant ad Jctos, quatenus jus de illis dici potest, ve-
rùm etiam quatenus divinæ, quatenus sacræ & religiosæ sunt.
Nec enim aliter omni laude cumulatus extitit Jctus, quàm si o-
mnia & humana & divina jura scientiâ cognitioneque comple-
xus fuisset, Bar: Briffon: lib. 4. select. antiq: c. 16. Ita legimus, legum
omnium & interpretandi scientiam & actiones apud Collegium
Pontificum fuisse: ex quibus constituebatur quis quoquo anno
præffet privatis. Et ferè populus annis prope 100. hæc consuetu-
dine usus est, l. 2. §. deinde ex his 6. ff. de O. 7. Sic Q. Mutius Publii
filius, Pontifex Maximus jus civile primus constituit generatim,
in libros decem & octo redigendo, d. l. 2. §. post hos 41. quasi nemo
sit Pontifex bonus, qui jus civile non nosset, Cic: lib: 2. de LL. Hæc
caussa est, quod jus publicum consistere dicatur in sacris, sacer-
dotibus, l. 1. §. 2. ff. de I. & I. Jurisprudencia definiatur notitia re-
rum divinarum; §. 1. 1. de 7. & 7. in Codice agatur de summa Tri-
nitate, fide catholica, SS. Ecclesiis, &c. & in Nov. de sacrâ Scri-
ptura, ejusque utilitate & lectione, Nov: quomodo oportet Monach:
133. c. 2. & Nov: ut lic: heb: 146. quatuor conciliis Oecumenicis,
Nov: 115. c. 3. vers: si quis Nov: de Eccles: tit: 131. c. 1. & Novell: de depof.
Anthim: 42. de fide catholicâ & orthodoxa, Novell: de interd: coll:
hæret.

805

hæret: 132. de sacris mysteriis, Nov: ut in privat: domib: 58. d. Nov: 131. c. si quis 8. & Nov: de ordin. episcop: 137. c. f. de litanis, Novell: de sanctiss: Episc: 123. c. omnibus 31. & de personis sacris, Nov: de Monachis 5. d. Nov: 123. Nov: de Eccles: tit. 131. c. si quis 7. Nov: quomodo oportet Monach: 133. Nov: ut cleric: qui reced: 57. Nov: ut nullus fabric: 67. c. 1. Nov: hæc constit: interp: 76. Nov: apud quos oport: 79. Novell: constit: que dignit. 81. & Nov: ut cleric: apud propr: 83. & c. Non tamen hîc sumo justitiam divinam pro Deâ quadam, ut sumit Don: lib. 1. comm: c. 4. Hottom: in prin. I. de J. & J. & ibid. Vult: n. 5. Albert: Bologn: in tr. de jur: & legib: & Henr: Salmuth. in not: ad Panciroll: p. 1. in præm. p. 8. (Quis enim dicit, quod Dea comparetur crebris actionibus, quod sit accidens, quod referatur inter hominum virtutes, &c. quæ omnia de justitia nostra prædicari possunt, Nov: 69.) Ut nec pro salvificâ: quam auctor hujus definitionis ignoravit; sed eam intelligo, quæ veteribus monstrabat, quibus hostiis, quibus diebus, quo ritu, ad quæ tēpla sacra facienda essent, quæ sepulchrorum monumentorumque jura, quæ justorum funebrium solennia essent, Briffon. d. loc. quæ omnia nihil aliud erant, quàm Ethnicæ idolomania, non naturâ commonstratæ, sed levitate ingeniorum & præstigiis diabolorum effictæ, Wes: in parat. ff. de I. & I. n. 14. * C. Mattheac: 1. de via jur: c. 9. & 15. Wesenbec: 1. de I. & I. Andr: Gerhard: exer: Justin: dec. 1. q. 4. Ofs: Hillig: in not. ad Don: lib. 2. comm: 1. lit. G. Volcmar: Scribon: in introd. ad Jurispr: thes. 42. & novissimè Henr: Gebhard: in tract: de princip: jur: conclus: 2. n. 7. cum aliquot sequentib: ob generalia juris præcepta, l. 10. §. 1. ff. & §. 3. l. de J. & I. generalem justitiæ & jurisprudentiæ definitionem, & Aristotel: testimonium, lib: 5. ad Nicomach: c. 3. & capit. 5. Verùm hîc video quosdam mihi obstrepere, suggerentes, inutilem hanc esse disceptationem, cum justitiæ divisio in universalem & particularem vitiosa sit, propterea quod species hæ non sint inter se contrariæ, & una alteram includat. Illud fieri in divisione legitima, à quâ hoc abesse debet. Quibus respondeo, quod veteres limites temerè non sint loco movendi, præsertim cum similia in agro philosophico occurrant exempla. Sic substantia alia dicitur prima, alia secunda, inter quas tamen nulla contrarietas; axioma aliud

universale, aliud particulare, quod tamen illi hoc inest: virtus generatim & speciatim in Ethicis consideratur: in physicis corpus naturale collectivè & distributivè, & alia plura. Quis ergò asserit, quod inutiliter de hisce omnibus tractetur? Joh:Gottw: *disp. Ethic: 9, thes. 11.* Et una species alterâ includere nequit formaliter; potest materialiter, ut exemplis demonstrat *Rudolph: Goclen: in quest. Ethic: 79.* Dum autem Jcti esse statuo, agere de universali Justitia, non confundo jus cum Ethica, quia illud est breve; hæc verò prolixior ac opinionum magis plena, *Jacob: Strebeus in lib: 1. Cic: de orat: n. 68.* Hæc hominem magis solitarium; illud in civili societate constitutum considerat. Hæc præcepta nuda proponit; illud minis mixta. Illud considerat potissimum justitiam particularem; hæc verò ut plurimum universalem, *Donell: lib: 1. comm: 6, 5. Matth: Hubner: disput: 1. thes: 2. de differ: jur: & Paul: ab Eitzen lib: 1. Eth: 6. 5.* * D. à Simonide, Philosopho antiquissimo, *Plato lib: 2. de Repub: & ab Ulp: in l. 10. in pr. ff. de I. & I.* ponitur, Hunc ergò malè reprehendit *Vincent: Castell: lib: de offic. Reg: 3. c. 31.* quasi vel rationem definiendi ignoraverit, vel sensa sua dicendo explicare nesciverit; cum potius hîc ludatur de Simonidis corio. * E. Quæ verba propriè accepta habitum important, quasi justitia sit nihil aliud, quàm constantia perpetua in voluntate, seu constantia perpetuæ voluntatis, *Cujac. in not: ad I. de I. & I.* seu firma *περσείσεως*, firmum decretum, firmum voluntatis propositum, *P. Mel: in Dial: lib: 1. in qualit.* Quæ omnia nullo modo de nuda voluntate, sed voluntatis adjuncto, quale est habitus, intelligi possunt. Nam & habitus est vis longo usu parta, qua fit, ut constanter & spontè quid velimus, quæ omnino tolli non potest, aut ægrè ejici, *Arist. in Categ: qualit: & Tolet: in Log: de qualit: & quali.* Summa itaque dementia est, quod *Porcius Cato* dicere solebat, orationem detorquere, cui rectam esse licebat: lolio victitare velle, si triticum in promptu: prima navigatione benè succedente ad secundam confugere velle. Dissentit *Don: 1. comm: 16. & 2. comm: 1. Hortens: in J. Goclen: in Ethic: q. 81. Hier: Setf: exer: jurid: 1. aff. 1. Treutl: p. 1. disp: 1. th. 1. lit. b. And. Gerh: Ex. Iust: dec: 1. q. 4.* Neutrum tamen verbum abundat in definitione, juxta *Thom: de Aquin. in secunda secunde q. 58, art. 1.* Dom.

Sot:

Sot: lib: 3. de I. & I. q. 2. art. 1. & Coraf: in l. 10. n. 1. & 5. ff. de I. & I.
 Perpetua verbum innuit solum propositum & intentionem sic
 semper operandi. Constans verò ejusdem propositi firmitatem,
 ut homo tali proposito non nutet, non vacillet. Illud multis com-
 petere potest; hoc verò paucissimis. Quæ duo conjuncta etiam
 invenies ap. Cic. phil. 3. & Gell: l. 17. Noct: Att: c. 5. Ex quib. apparet, er-
 rare Bald: in l. 10. ff. de I. & I. Goth. in pr. I. de I. & I. & Joh: Fran. Ozer.
 ibid. n. 10. Wes: l. d. t. & Bronch: êvew], cent. 1. aff. 2. dum definiri
 hîc justitiam in abstracto, & non concreto, hoc est, ut in se tan-
 tum est, & non in homine, putant. Habitus enim, qualis justitia,
 Arist. 5. Eth. c. 1. proprium est inesse, cum lib. 5. Metaph. Arist. defi-
 niatur dispositio, qua aliquis disponitur benè vel malè. Et quâ-
 vis nullus homo possit naturam sic retinere, ut non peccet nihil,
 Nov. 133. c. 5. non tamen distinguerem cum Schneidw. & Mynsing:
 I. de I. & I. Paulo ab Eitz: 1. Eth. 5. Weg. disp. 1. I. thes. 1. inter vo-
 luntatis constantiam & externam obedientiam, quam etiam po-
 liticè justus præstare possit; quia, ut dictum, definitur hîc uni-
 versalis justitia, quæ internam quoque requirit obedientiam,
 Plato 4. de Repub: Deinde externa illa obedientia proficiscitur vel
 ab acquisito justitiæ habitu, vel non. Sin hoc: verum est, agen-
 tem minimè dici debere justè agere, quia actionis istius causa
 subitus est tantum motus, & fit actio ista casu quodam justa,
 Paul. ab. Eitz. lib. 9. q. 1. Sin illud: apparet, non contentam esse
 particularem justitiam externâ hominis actione, cum arguat
 ipsum justitiæ habitum, per quem homo agit. Perficit itaque ju-
 stitia hominem internè, ut externè actiones ipsius cum præscri-
 pto legum conveniant, Scribon. in introd. ad jurispr. th. 10. Nec l. 18.
 ff. de pæn. contrariam fovet sententiã; quia non omnis, qui nō pu-
 nitur, justus statim est. Melior ergò est sententia Thom. de Aquin:
 & Domin. Sot. dd. loc. distinguendum inter voluntatem, quæ du-
 plici modo perpetua dici potest, ratione actus, & ex parte ob-
 jecti. Illa nunquam interrumpitur, & soli Deo attribuitur:
 hæc verò homini competit, qui habitum justitiæ acquisivit.
 Quam tamen distinctionem elidere conantur Marpurg. in Anal. I.
 Justin. ad pr. I. de I. & I. propterea quod habitus sit ab actione tan-
 quam

quam à causa efficiente deducendus, atque ita, si vera est definitio, quoad habitum, vera quoque erit, quoad actum. Quod verum est, si intelligas de actu, qui habitum præcessit, non verò, qui sequitur, de quo quæstio est. Alii aliter nodum hunc solvunt, de quibus agit *Joh. Fran. Ozer. d. loc.* & uberius agendum erit in *disput. actu.* * F. Num justitia hæreat in sensus appetitione, num verò in voluntate, egregiè disputant Thom. *secunda secunde q. 58. art. 4.* Dom. Sot. *lib. 3. de 1. & 1.* & Fr. Piccol. *gr. 4. virtut. moral. c. 12. 13. & 14.* * G. Verba hæc largè accipiuntur, & tria juris præcepta ambitu suo includunt, *Ioh. Fr. Oz. in §. juris n. 2. 1. de 1. & 1.* quæ non solum Jctum juxta *Hottom.* aut judicem coarctant, quia ad unumquemque pertinent, ex præscripto juris civilem vitam agere cupientem. Jus enim supm cuique tribuit, non modò qui super negotio controverso jus dicit, sed & qui operarum ingeniique artibus & officiis sic erga unumquemque se gerit, quemadmodum æquitatis & conjunctionis humanæ ratio postulare videtur, *Ioh. Cruceus Picard. in §. juris 1. de 1. & 1.* Quicquid igitur jure civili cautum reperitur, ad unum aliquod horum trium præceptorum, quasi ad scopum quendam refertur, *Duaren. ad tit. de 1. & 1. c. 3.* Don. *2. comm. 1.* *Myns. Schneidw. Borch. Schilb. in §. 3. 1. de 7. & 1.* Conjunge Thom. *in prima secunde q. 94. art. 2.* Ita autem differunt, ut primum insit secundo & ultimo, ultimo secundum, non tamen primo secundum & ultimum, ut nec ultimum secundo, *Ægid. Hort. in d. §. juris 3.* Secundum alios verò, primum agentem respicit, secundum & ultimum alios, illud omittere, hoc verò committendo, *Myns. in d. §. juris & Alexan. Turam. lib. sing. de LL. p. 3. c. 2. n. 24. & seqq.* Antequam autem de hac amœnâ decedo provinciâ, animi gratiâ in quæstione illa, *num αὐτοχρησία licita sit*, me exercebo, idque non frustrâ. Non enim nugas, quæ delectant imbecilla ingenia, sicuti monstra in picturis, *Scal. ex. 62. f. 1.* proponit, sed aditum ad multa patefacit, num videlicet *αὐτοχρησία* sit privandus sepulturâ, num testamentum ipsius valeat, num infamiâ notandus? &c. Non autem quæro, num *αὐτοχρησία* in divino & naturali jure licita sit: Notum enim est iis etiam, qui vix prima horum jurium salutârunt limina, quod lædant autophoneutæ jus divinum, turbent naturam,

turam,

209

turam, incidant in injustitiam, stultitiam & ignaviam: Igitur de hoc tantum sollicitus ero, *num licita illa sit de jure Romano*. Oppositiones itaque quas alii abundè, quàm ex juris civilis fonte hauriunt, magnoque numero, cum tædio etiam cumulant, meritò hîc respuimus, ut & illos, qui Andabatarum more pugnant. Pono itaque, *αὐτοχρησίαν de jure civili licitam esse*. Fundamentum i. desumo ex *l. sed si 9. §. si ipse 7. ff. de pecul.* in quo quæstio proponitur de deductione peculii, num dominus possit aliquid de peculio servi deducere, propterea quod servus sese vulneravit, occidit, aut præcipitavit. Quod negat Ulp. Ratio decidendi afferitur: *licet enim etiam servis naturaliter in corpus suum sevire*. In quo duo notanda veniunt verba: *Naturaliter & Etiam*. Illud sumo pro jure naturali, non quod velim *αὐτοχρησίαν* esse fundatam in jure naturæ, sed ut monstretur à Jcto non solùm servis, verùm etiam liberis hominibus licere in corpus suum sævire, ideò additum est licere hoc servis naturaliter, hoc est, quatenus servi non differunt à reliquis hominibus, quod fit, si considerentur naturaliter, id est, in jure naturali, quo omnes homines æquales sunt, *l. quod attingit 32. ff. de R. I. & l. hos accusare 12. §. omnibus 4. ff. de accusat.* Hoc v. est multiplicativum, seu implicativum, *Bart. in l. 1. C. etiam per procurat. caus. in integ. rest. & in l. suus 4. ff. de hered. Inst. Joh. Franc. Ozer. in §. heredes n. 7. l. de hered. inst. Goëdd. in l. 99. in pr. n. 6. ff. de V. S. & Giphani. in l. sancimus 34. n. 26. C. de donat.* Implicat itaque & includit casum magis dubitabilem, & omittit minus dubitabilem. Sensus ergò erit *d. l. 9. §. 7.* non tantùm dominis seu liberis hominibus, de quibus minus dubitatur; verùm etiam servis licere in suum corpus sævire, de quibus magis dubitari poterat, cum plus juris in jure dominis tribuatur; quàm servilibus personis. Patet ergò, eos pleno cursu ad asylum ignorantia tendere, qui *d. l. 9. §. 7.* incertum & disputabilem esse dicere non erubescunt. Quid enim, quæso, est in jure nostro, in quo nihil est sine controversia, *Tiraq. de jur. primig. q. 34. n. 24.* cui rancida hæc solutio hoc modo applicari non poterit. Deinde dum in *d. l. 9. §. 7.* factum haberi scribunt, quod scilicet naturaliter, id est, de facto liceat sævire in suum corpus servis, de modo verò, quomodo liceat, an jure, an injuria, ibi nihil haberi; nihil minus, quàm inter-

C

pretes

pretes juris agunt. Ulpianus enim prohibens damni dati deduc-
 tionem idem per idem, quod vitiosum, probaret, hoc modo:
 ideò enim secundum eos non potest dominus aliquid de peculio
 servi deducere, qui in corpus suum saviit, propterea quia savi-
 it. Et quis, quæso, de eo nisi stultè respondet, quod servus possit
 de facto in suum corpus saviire, cum illud notorium satis sit? &
 quis non videt, vitiosè esse hoc modo locutum Ulpian: dum idè
 bis repetendo frustrà inculcat, de quo ex præced. satis consta-
 bat? Neutrum igitur iterum ferendum est in tanto Jcto. Quare
 ingenuè fatendum erit, pro certo habuisse Ulp. quod servi lici-
 to jure se occidere possint, & propter hos etiam liberi homines.
 Hæc tamen decidendi ratione non utitur Paul. in *l. id quod 9. §. f. ff.*
de pecul. leg. sed aliâ, quâ prohibitam esse deductionem evincit,
 quæ talis: Si nihil deducendum est, quantò vilior servus factus
 est propter fugam, nihil etiam deducendum hoc nomine erit,
 si servus se vulneravit, vel occidit. Non verò, quod notandum,
 ulterius progreditur Paulus, num *αὐτοχειρία* licita sit, num il-
 licita, ut facit Ulp. in *d. l. §. 7.* sed tantum monstrat dato exemplo,
 quod dominus nihil hoc nomine deducit. Qui itaque ex d. textu
 ulterius colligunt, *αὐτοχειρίαν* exemplo fugæ illicitam esse, illi
 non ex Jcti, sed suo cerebro afferunt, talem consequentiam.
 Tertio ex dictis manifesti erroris arguuntur, qui *d. §. 7.* de ser-
 vis tantum accipiunt, quasi hoc in servis speciale sit. Quia aliter
 puniuntur ex eisdem facinoribus servi, quam liberi, *l. aut facta*
16. §. persona 3. ff. de pæn. scilicet severius, *l. in servorum 10. in princ.*
& l. capitalium 28. §. f. ff. eod. Ergò etiam propter *αὐτοχειρίαν*, si ibi
 delinquatur à servis; aut dicant, cur *αὐτοχειρία* in liberis ho-
 minibus punibilis sit, non verò in servis, qui tamen ex delictis
 quoque obligantur, *l. servi 14. de Obligat. & Actionib.* Nam
 casus diversificare non sufficit, nisi quoque reddatur ratio diver-
 sitatis, *Gloss. in l. sed etsi 25. §. item si rem 17. ff. de pet. hered.* refugium
 enim hoc est miserorum, ait *Gloss. in l. filium 24. C. fam. erisc.* Nec
 est, ut regeras, hoc ideò servis licere, quod servi in jure civili ha-
 beantur pro nullis *d. l. quod attinet 32. ff. de R. J. exæquenturque*
quadrupedibus l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. quia hæc & similia servis,
 qui ratione libertatis, civitatis & familiæ toti sunt sub domini
 manu

manu, ea tantum, quæ liberæ personæ ex libertate, civitate, & familia competunt, denegant, non verò indistinctè omnia, ut ex *disp. 3.* apparebit. Et si, ut dicis, præcisè in jure civili servi non considerantur, rationem affer, cur *in d. l. 9. §. 7. ff. de pecul. d. l. 9. §. f. ff. de pecul. leg.* Jcti, ut & in aliis pluribus locis, ipsimet Imppp. à servorum stent partibus. Deinde attende rationem, qua *Anton. Fab. in ration. ad l. magistratibus 12. ff. de jurid.* cur magistratibus municipalibus supplicium sumere de servis non liceat, utitur, quæ talis: *Etiã servorum vita cura est legulatori, l. 1. & 2. ff. de his qui sui vel alien. jur. non solùm quod ii jure naturali sunt homines, l. 4. ff. de J. & J. sed etiã ratione civili, quod per eos quoque possit locupletari Respublica, & possint illi benè merendo de dominis aliquando tandem consequi libertatem, & evadere in cives.* Ex præcedentibus & *Accursii in d. l. 9. §. 7.* interpretationem, quam etiam *Zoanett: in l. 3. ff. de J. & J. n. 5.* sequitur, quæ est, quod servis in proprium sævire corpus illà tantum ratione liceat, ne dominus damnum datum deducere queat, non verò jure civili, morderi posse, manifestum est. Parum pro *Accursii* sententiã facit *l. cum autem 23. §. excipitur & ille 3. ff. de Ædil. ed.* ubi habetur: *malus servus creditus est, qui aliquid facit, quo magis se rebus humanis extrahat, tanquam nonnihil in alium ausurus, qui hoc adversus se ausus est: Loquitur n. 1. d. §. excipitur 3. de eo tantum servo, qui mortis consciscendæ causa quid fecit. Mortis autè consciscendæ causa sibi facit, non omnis, qui mortè sibi intulit, sed qui propter nequitiam, malosque mores, flagitiumvè aliquod admissum, mortem sibi consciscere voluit, non si dolorè corporis non sustinendo id fecerit, l. bovem 43. §. mortis 4. ff. de Ædil. edict.* Deinde juxta *Vult. in l. 2. C. ubi causse fisc. vel div. dom. n. 7.* non tam ob id, quod mortem sibi conscivit, punitur, quàm ob id, quod mortem sibi consciscendo crimen illud, de quo accusabatur, confessus, atque ita de illo crimine accusato damnatus videbatur, quæ damnatio bonorum publicationem importat. Ita propriè loquendo nulla est pœna ejus, quod sibi mortem conscivit, sed pœna potius est ejus criminis, de quo accusabatur, ut eo ipso momento, quo mortem sibi consciscit, condemnatus videatur bonorum publicatione. Quod etsi videatur esse subtilius,

C 2 nec



nec à quoquam hactenus animadversum, disertè tamen probabatur per *d. l. 2. C. ubi causæ fiscal.* ubi expressè negatur de pœna mortui quæri. *Hactenus Vult.* conjunge *l. 3. §. sic autem 6. ff. de bon. eorum, qui ante sent.* Tertio si delictum commissum non subsit, adhuc tamen servus iste malus creditus, non quod seipsum læserit, sed quia constat de ejus voluntate alii non parcituri, postquam sibi non pepercit. Qui enim sibi non pepercit, multò minus alii parcat, *d. l. 3. §. 6. in f.* tanquam non nihil in alium ausurus, qui hoc adversus se ausus est, *d. l. cum autem 23. §. excipitur 3. ff. de edil. edict.* Hinc fit, ut in jure nostro attendantur causæ, num quis sese occiderit tædio vitæ, vel valetudinis adversæ impatientia vel jactationis, *l. si quis 6. §. ejus qui deportatur 7. ff. de injusto rupt. d. l. 2. C. ubi causæ fiscal. d. l. 3. §. 4. 5. & 6. ff. de bon. eor. l. 2. C. de bon. eor. qui mort. & l. 1. §. si quis 23. ff. de Sc. Silan. in dolore corporis, d. l. boventis 43. §. mortis 4. & l. ejus militis 34. in pr. ff. de test. mil. pudore ætis alieni, l. omne 6. §. qui se, 7. ff. de re milit. l. in fraudem 45. §. ejus bona 2. ff. de jure fisc. luctu, l. si quis 38. §. f. de pœn. furore, insaniâ, dementiâ, l. si is 2. C. qui test. fac. poss. l. 1. C. de bon. eor. qui mort. ultima paupertate, *Senec. Epist. 17. senectute, idem Epist. 58. &c.* non quod causæ illæ præcisè necessariæ sint, sed ne crimen illud, de quo accusabatur, confessus, *d. l. qui rei 3. in pr. ff. de bon. eorum, qui ante sent.* nevé animum occidendi alterum habuisse videatur, *dd. tex.* Unde etiam bona illius, qui conscitâ morte, nullâ justâ causâ præcedente, in reatu decessit, non sunt publicanda, si parati fuerint heredes causam suscipere, & innocentem defunctum ostendere, *d. l. qui rei 3. §. f. ff. de bonis eor.* Alterum fundamentum desumo ex *d. l. qui rei 3. in pr.* in qua Papinianus ita scripsisse legitur, ut, qui criminis non postulati, manus sibi intulerint, bona eorum fisco non vindicentur. Non enim fati celeritatem esse obnoxiam, sed conscientiam metum in reo velut confesso teneri placuit. Si itaque fati celeritas legibus non est obnoxia, malè profectò faciunt illi, qui ἀνομοκρατίαν jure civili puniri; pejus qui autophoneutas infamiâ notari; pessimè qui sepulturâ eos privari volunt. Et cur non malè: cum horum bona non confiscentur, *d. l. 3. in pr. testamta valeant, d. l. 6. §. 7. ff. de injusto rupt. &c. d. l. 3. §. 4. 5. & 6. ff. de bon. eorum. aperiri & recitari, dict. l. 1. §. 23. ff. de Sc. Silanian. &**

hi

0137

hi lugeri possint, *l. liberorum 11. §. non solent 3. ff. de his, qui not. infam.*
Nec refert, quod recent. Codices in *d. l. 3. in pr.* legant, non fati
celeritatem, sed *facti sceleritatem*, quo verbo ingens depravatio &
foeditas turpiscati animi ejus, qui sibi manus infert, indicatur,
ut putat Cujac. *ad d. l. si quis 6. §. ejus qui deportatur 7. ff. de injust. rupt.*
Quia inter alia etiam Florentinum exemplar, quod ut cæteris est
vetustius, sic meritò venerabilius, legit: *fati celeritatem*: ex qua
lectione, licet eam retineamus, nulla tamen pugna resultat.
Tertium est, quia secundum juris præceptum, ex Dd. concessio-
ne, tantum læsionem alterius prohibet. Non ergò læsionem sui
ipsius. Quartum, quia in milite specialiter receptum est, ut si sibi
manus intulerit, nec factum peregerit, capite puniatur: nisi im-
patientiam doloris, aut morbi, luctusvè alicujus vel alia causa fe-
cerit: tunc enim cum ignominia mittendus est, *l. si quis 38. §. ff. de pœn.*
& *l. omne delictum 6. §. qui se vulneravit 7. ff. de re milit.* Unde
colligo in paganis contrarium esse admissum, quod etiam vult
Grammat. decis. 44. n. 4. & Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cas. 284. n.
22. & seqq. à quibus tamen recedo in hoc, dum paganis mitiorem
pœnam judicis arbitrio infligendam volunt. Nec fabula hæc est,
sed fabulæ illi ipsi, qui hoc negant, ut colligitur ex *r. r. ff. de re mi-*
lit. conjuncta l. quedam 14. ff. de pœn. Causam specialitatis satis pro-
dit militum severa disciplina, unde Polybius solenne esse, ait, cru-
delitatem exercere terroris causa in bello. Quintum & ultimum
est, quia eandem Stoici, à quibus Juris nostri auctores ferè im-
buti sunt, *l. 2. §. 40. ff. de O. 7. Cujac. lib. 26. obs. 40.* approbarunt,
de quibus vide *Just. Lips. in Manuduct. ad Stoic. philosoph. lib. 3. diff. 22.*
Manet ergò, *αυτοχειρία* jure civili licitam esse, quæ sententia
etiam placet Ægid. Hortens. *ad §. juris præcepta 1. de 1. & 1. Vult. d.*
loc. & Polen. disp. 1. q. 4. & disp. f. q. 6. licet non vulgo, quod ex ve-
ritate pauca, ex opinione multa æstimat. * H. Non itaque
legendum: *tribuens*: licet hoc modo legat Hott: *1. de 7. & 7. Wes.*
in parat. ff. de 7. & 7. n. 10. & Dn. M. Sagitt. exerc. Ethic. 14. thes. 4.
lit. E. Concedo enim, quod justus suum tribuat, quâ justus. Con-
cedo, quod per justitiam justus justa tribuat & peragat. Con-
cedo, quod justus justa tribuat, beneficio justitiæ. Sed hoc nego,
quod hinc justitia ipsa rectè dicatur tribuere. Licet enim justus,

quatenus tribuit suum alteri, justitiæ beneficio tribuat, non tamen facit hoc justitia, sed homo per justitiam, quia habitus non est primum agendi principium, sed est id, quo agens agit, *Piccol. grad. mor. 3. c. 19.* Unde etiam *Arist: lib. 5. Ethic. c. 1.* justitiam habitum animi dicit, quo ad res gerendas homines efficiuntur idonei, quoque res justas & agunt, & volunt. Deinde quia probata exemplaria: *tribuendi: legunt.* Tandem quia definitiones habituum sunt per gerundia facultatem denotantia, *Marpurg: d. loc.*

Thesis IV.

Operationis A. sunt media, quæ ad finem ducunt, de quibus, quænam illa sint, & quo pacto illis utendum sit, B quæritur. Sunt autem illa, jura. C. Jus est constitutio omnis jubens in publicum, permitte[n]s, quæ recta sunt, prohibensque contraria: iis, quibus posita est, parendi necessitatem imponens. D. Potestas verò constituendi est, penes naturam, E. gentes & civitates. Unde triplex jus: F. naturale, gentium & civile.

* A. Quæ ignota sunt. Si enim & illa nota essent, non opus foret arte docente, sed duntaxat operante, & sic tota juris disciplina frustranea esset. Est igitur & in jure aliquid ignotum, ad cujus operationem & inventionem dirigimur. Non autem subjectum & finis, ut in *thes. 2.* dictum. Ergo erunt media, ad finem quæ ducunt, de quibus deinceps. * B. *Aristotel: libr. 3. de morib. c. 5.* * C. *l. 2. ff. de LL. §. fin. in proem. 7.* Vide *Wesenbec. in parat. ff. de 7. & 7. n. 2.* & *Weg: disput. 1. thes. 2. lit. A.* * D. *l. 1. ff. de constit. princip. l. 91. §. 3. ff. de V. O. l. 2. 7. 8. ff. de LL. l. 8. ff. de O. & A. Don. 1. comm. jur. civ. c. 5.* * E. quæ vocula Deum importat secundum Stoicos, *Cujac: in l. 1. ff. de 7. & 7. & Clau. David in velit. legal. ad pr. l. de 7. N. G. & C. n. 1.* * F. *l. 1. §. 2. ff. de 7. & 7. & §. fin. l. eod.* Non resistit l. omnes populi 9. ff. de 7. & 7. ubi bimestris tantum juris affertur divisio, in commune & proprium; quia *Cajus* illo loco dividit jus, quo homines utuntur, & non simpliciter homines, sed quo populi, *Cujac: in d. l. 9.* Aut sumitur ibi

0177

tur ibi latius jus commune, pro eo videlicet, quod naturalis ratio inter omnes homines, constituit, & quo omnes gentes utuntur, *Duar. in c. 5. de I. & I.* ob magnam fortassis juris naturalis & gentium affinitatem, quæ tanta est, ut jus gentium nihil aliud addat juri naturali, quàm usum & communem omnium gentium, observationem, *Claud. David in §. Jus autem civile I. de J. N. G. & C. n. 2.* Vide *Don. l. comm. 6. Vult. in pr. 1. de J. N. G. & ibi Ægid: Hortens. & Ernest. Cothm. lib. 1. disp. jur. 1. thes 4.*

Thesis Quinta.

Naturale jus sumitur propriè & impropriè. A. Hoc modo acceptum in tribus naturæ gradibus occurrit, quorum primus est inanimatorum, quem effendi appetitus B. sequitur, ex quo fluit defensio C. quæ est vis, D. atque E. injuriæ F. præsentis vel futuræ G. propulsatio, H. jure I. omnibus K. injuncta. L.

* A. *Zaf: in l. 1. §. 2. ff. de J. & J. & ibid. Baro. Don. lib. 1. comm. 6. Schilbock. Mynsing. Johan. Cruceus Picard. & Dd. communiter ad pr. 1. de J. N. G. & C. vel quod idem, formaliter & materialiter, Covar. in c. peccatum de R. J. in 6. p. 2. relect. §. 11. n. 4. & Anton. Faber J. P. lib. 1. t. 2. pr. 1.* Illo modo jus acceptum attribuitur homini; hoc verò reliquis animalibus. Videmus enim cœtera quoque animalia istius juris peritia censeri, *pr. 1. de J. N. G. & C.* hoc est, in lustro eorundem quasi civium numerari, describi, æstimari, juxta cum hominibus perita hujus juris videri, *Ægid. Hortens. & Mynsing, in f. pr. 1. de I. N. G. & C. n. 17.* Et non potest animal injuriam facere, quod sensu, intellige rationis, *Myns. I. ad L. Aquil. in pr. n. 5. caret l. 1. §. ait prætor 3. ff. si quadr. paup. feciss. dic.* Quo etiam modo accipio *Imp. in d. pr. 1. de I. N. G.* non quod voluerit definire jus naturale, (illic enim, ut & in seqq. duobus §§. *παχυλῶς*, ut in principio operis, adumbratur magis Jus, quàm definitur, & cumulatim potius in medium conjicitur, quàm distinctè proponitur, *argum. §. hi igitur 2. l. de I. & I. Georg. Acac. Enekel, de privileg. jur. civil. lib. 1. c. 8. n. 31.*) sed tantum
per

per exempla ostendere, jus à naturâ esse. Quæcunque enim homines ratione faciunt, ea si & bruta animalia faciant, sunt juris naturalis, *Cujac. in not. ad pr. I. de I. N. G. & C. & ibi Claud. David & Duar. ad tit. de I. & I. c. 5.* Quo in sensu *Cic. 2. de Finib.* bestias specula vocat naturæ, in quibus simulacra quædam virtutum humanarum sunt. Et *Seneca lib. 1. de Ira*, muta animalia, inquit, habent similes humanis affectibus quosdam impulsus. Et *Augustinus lib. 11. de civit. Dei c. 27.* veruntamen inest sensibus irrationabilibus animantium, etsi scientia nullo modo, at certè quædam scientiæ similitudo. Ex hoc loco facilè satisfieri potest *Iohanni Apello, Doctori Norimbergensi*, qui in *Dialog. qua ratione ac method. Instit. lib. & c.* inter jus naturæ & gentium nullum prorsus esse discrimen voluit. Nam quod, scribit, *Dom. Ulp.* nimis anxie juris naturæ & non gentium esse voluit maris & fœminæ conjunctionem, liberorūq; procreationem & educationem, tam quadrat, quàm si algere, esurire, sitire & somnolentum esse juris naturæ dixerit aliquis, cum ea, quæ natura omnia animalia docuit, sint potius naturales quidam affectus, &c. Quæ enim jure & ratione, non verò naturæ necessitate homines faciunt, si animalia eadem faciant, illa sunt juris naturalis, ut dixi. * B. & naturam suam conservandi. Esse enim & conservari acceptum fertur eidem auctori, eidemque principio. Nihil enim est aliud conservatio, quàm essendi continuatio. *Scal. Ex. 31.* Natura autem hoc ideò appetit, quia semper expetit id, quod præstabilius est, *Arist. 2. de gener. & corr. c. 10. t. 59. & 2. de Anima c. 4. t. 34.* cum esse participatio quædam sit divinæ naturæ, adeò, ut *Thom. de Aquin. in compend. Theol.* melius esse, scripserit, esse in inferno, quàm nullo modo esse. Conservat verò quid suam naturam, si adverso resistat, inque id, quod adversatur, reagat. Hinc *Cic. 1. offic. principio*, inquit, generi animantium omni est à naturâ tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ ei nocitura videntur. Et in *Orat. pro Mil.* hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit, ut omnem semper quacunque ope possent à corpore, à capite, à vita sua propulsarent. Ex quibus animadverti potest, quam altè homini insederit jus se suaque defendendi. * C. quæ duplex, publica & privata. Illa vocatur bellum, &

juris-

Jurigentium, *l. ex hoc 5. ff. de l. & l.* imò etiam naturali, quatenus bello defensio inest naturalis, quæ, quoniam privato cuilibet competit, multò magis publicè universis ex eodem jure competit, adscribitur, *Georg. Acac. Eneke. lib. 1. de privil. jur. civil. c. 8. n. 41.* De hac hîc agendum. * *D. l. ut vim 3. ff. de l. & l.* quæ dicitur rei majoris impetus, qui repelli non potest, *l. vis 2. ff. quod met. caus.* ex quo periculum nobis creatur, *l. itaque 4. ad L. Aquil. & l. 3. C. de sicar.* sive impetus iste fiat sine injuria, qualis est, qui proficiscitur ab animalibus brutis, *l. 1. §. cum arietes 11. ff. si quadr. paup. à furiosis, mente captis, & dormientibus, Gomez tom. 3. variar. resolut. c. 3. n. 20. Jacob. Ayr. in tract. method. ad l. ut vim ff. de l. & l. n. 64. p. 1.* sive cum injuriâ: sive nobis, sive aliis, qui vel cognati, vel extranei sunt, inferatur. Nam & hi defendendi à nobis sunt, modò hoc possit fieri sine vitæ nostræ periculo, *c. ex parte 47. de Appellat. l. si pater 34. §. 1. ff. de donat. l. 2. in pr. ff. solut. matrim. & ita defendendi, ne tamen adversarium occidamus, nisi ab eo in vitæ periculum simus conjecti, Romul. in compend. de homicid. p. 1. p. 3. n. 124. Vand. lib. 2. var. q. 29. & Obrecht. in defens. necess. c. 7.* Non ergò sufficit injuria realis, quæ levis est, ut nec vis, quæ ratione rerum committitur, sive illæ viâ juris recuperari possint, sive nō, *Obrecht. d. tr. c. 8. Confer Fach. lib. 1. controv. 31.* nisi ex talium rerû ablatione quis necessitatem extremam incurrat, *Nicol. de Lyra in precept. in explic. 5. præcepti.* * *E.* quam voculam ex *d. l. 3. ff. de 7. & 7.* desumptam, accipio non tantùm copulativè, verùm etiam distributivè, ne *d. l. 3.* nimium restringatur, *Zoanet. in d. l. 3. n. 2.* * *F.* puta, si quis foeminae stuprum inferre velit, *Obrecht: d. loc. c. 1. n. 6.* cum metus iste bonis major quàm mortis esse soleat, *l. isti quidem 8. §. quod siz. ff. quod met. caus.* Inferentem itaque stuprum non solùm filia, quæ stuprum metuit, aliterque pudicitiam suam tueri nequit, *l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* verùm etiam patri, *l. 1. §. pen. ff. ad L. Cornel. de sicar.* exemplo Verginii, qui castitatem filia vitæ ejus prætulit, *l. 2. §. & cum placuisset 24. ff. de O. l. Livius lib. 3. decad. 1.* cum injuria ista ad totam redundet familiam, *arg. l. miles 11. §. socer 3. ad L. Jul. de adult. occidere licet.* Nec contrarium est his, quod habetur in *l. 20. cum seqq. ff. ad L. Jul. de adult.* quia ibi loquitur JCasus de casu, quando filia vel uxori non

D

nolen-

nolenti, sed volenti stuprum vel adulterium infertur. Ut nec in
 modo defendendi simile, quod de injuriâ, verbis vel scriptis al-
 teri illatâ, reponitur. Lacesitus enim convitiis aliter se tueri po-
 test, retorsione videlicet, & actione injuriarum intentatâ, & sic
 bonam suam famam, quæ thesaurus est hominis inæstimabilis &
 jucundus, & sicut liliûm dat suavitatem odoris, ut loquitur Bald.
 in l. unica C. de confess. n. 22, ne crudelis videatur, c. non sunt audien-
 di 11. q. 3. & c. nolo 12. q. 2. conservare. Malè autem conservat is,
 qui provocatus duellum, jure canonico sublatum, c. Monomachiâ
 2. q. 4. cum adversario suscipit, sive judicis habeat præsentiam,
 l. nullus 14. C. de jude. & cælicol. sive eâ destituatur, quia & hîc uti
 poterit retorsione, poterit & purgatione, quæ fit per publica
 scripta & proclamata, Don. ad l. 1. C. unde vi & lib. 17. comm. 2. &
 Gail. 2. observ. 100. * G. per illam intelligo actum ipsum seu pu-
 gnam: per hanc verò non actum remotum, sed propinquum vel
 proximum, cum videlicet insultus & impetus ab aggressore fa-
 ctus est, nondum tamen secutâ percussione. Nemo enim jure te-
 netur primum expectare ictum, Bocer. de duell. c. 10. n. 38. cum po-
 tentia nocendi actui proxima censeatur in ipso esse actu, l. 1. S.
 pen. & l. quod 18. S. 2. ff. de acquir. poss. & melius sit in tempore oc-
 currere, quàm post exitum vindicare, l. 1. C. quando lic. unicuique
 sine jud. Quod etiam confirmat Carolina constit. c. 140. in verbis:
 Ist auch mit seiner Gegenwehr bis er geschlagen wird / zu warten
 nicht schuldig. * H. quæ secundum Dd. in tribus consistit.
 In modo non requiro paritatē armorū, Cujac. & Salom. in d. l. 3. ff.
 de J. & J. nec ut quis fugiat, Obrecht. c. 10. n. 9. & seqq. & Bocer. d.
 c. 10. n. 43. fuga enim periculo non caret, & audaciorem reddit
 adversarium. In tempore requiro, ut defensio fiat in continenti,
 in ipso congressu, in flagranti crimine, in aggressionis actu &
 confestim, l. quod est 3. S. cum igitur 9. & l. qui possessionem 17. ff. de vi
 & vi arm. l. quod ait 23. S. f. ff. ad L. Jul. de adult. l. unica S. 1. C. de rapt.
 virgin. In caussa verò, ut fiat propulsatio tutionis, & non offen-
 sionis caussa, d. l. scientiam 45. S. qui cum aliter 4. ff. ad L. Aquil. quod
 num factum sit, discretus judex ex affectu percutientis & modo
 percussione æstimabit. * I. omni d. l. scientiam 45. S. 4. c. si ve-
 rò 3. extr. de sent. excomm. * K. adeò ut etiam Diabolo compe-
 tat,

019.

rat. vide *Wesenbec. p. 1. conf. 19. n. 4. & n. subdito* adversus magistratum, quando is ut privatus vim facit, *l. nec magistratibus 32. ff. de injur. gloss. in l. non videtur 167. §. 1. ff. de R. J. Jason in d. l. 3. n. 19. ff. de J. & J. & filio adversus patrem, Menoch. lib. 5. præsumpt. 13. arg. l. minimè 35. ff. de relig. & sumpt. fun. conjunctâ l. præses 6. C. de servit. & aq. * L. l. culpa 50. & l. nullum 109. ff. de R. J. Nam quintum præceptum non occides, præcipit non tantum, ne alterum occidas, sed etiam, ne te ab altero occidi sinas, *Paul. de Cast. in d. l. 3. n. 9.**

Thesis Sexta.

Alter est viventium, ex quo jus alimenta A. quærendi, & simile generandi descendit. Ex tertio, qui est sentientium, conjunctio maris & foeminae, B. sobolis procreatio & educatio. C. Illo verò modo jus naturale sumptum. D. in quarto duntaxat naturæ gradu, rationalium videlicet, reperitur, & principia practica, E. quæque ex illis necessariò sequuntur, F. complectitur.

* A. *princ. l. de J. N. G. & C. & arg. l. necare 4. ff. de agnosc. lib. quæ tamen liberis ex incestis & nefariis nuptiis natis Canonico, c. per venerabilem 13. extr. qui filii sint legit. Dissentit Mant. de conject. ultim. vol. lib. 8. t. 5. n. 12. Covarruv. de matrim. p. 2. c. 8. §. 6. n. 8. & alii, per c. cum haberet, 5. extra de eo, qui duxit in matrim. in quo non de liberis qui ex adulterino coitu, sed qui retrò ex legitimo matrimonio suscepti sunt, quæstio movetur: ut & civili jure à patre & matre non debentur, quia neque naturalium nomen habent, neque participanda eis ulla clementia est, *Nov. quib. mod. natur. filii 74. c. fin. & N. quibus mod. natur. effie. sui 89. c. fin. nisi legem civilem, ut quàm minimum à naturali recedat, arg. c. odia de R. J. in 6. de patre tantum intellectam velis. Ex his apparet, magnam matrum illarum esse ἀσorgίαν, quæ filios, quos gignunt, nutrire contemnunt, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradunt: quod ex sola causa incontinentiæ videtur inventum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare, quos gignunt, c. ad ejus**

4. dist. 5. Has graviter taxat S. Scriptura, *Threnor. 4. vers. 3.* Maria quæ Christum, *Psal. 22. v. 10.* Hanna, quæ Samuelem, *1. Sam. 1. v. 24.* & Sara, quæ Isaacum lactavit, *Gen. 21. v. 7.* De illis tamen loquor, quæ officium hoc lactationis infantibus præstare possunt, & non præstant, sive ignobiles sint, sive nobiles; non verò de his, licet velint, non tamen possunt. * B. ad generationis officium, ne, ut loquitur Lactantius *l. de opif. Dei c. 12.* omne genus viventium conditio mortalitatis extinguat. Quid loquat, ait Cicer: *2. de Nat. Deor.* quanta ratio in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ sunt, quod perpetuitatis causa machinata natura est. Deinde partes corporis & ad procreandum & ad concipiendum aptissimæ; & in mare & in fœminâ commiscendorum corporum miræ libidines. * C. In bestiis vis naturæ inspicere potest ait Cic. *3. de Finib.* quarum in fœtu & in educatione laborem cum cernimus, ipsam naturæ vocem videmur audire. * D. Hoc dicitur à Dd. jus naturale secundarium, seu jus gentium primævum: illud verò jus naturale primævum, ut videre licet ex Everh. Bronch. *évav. cent. 1. ass. 3.* quam tamen distinctionem rejicit Covarruv. *in c. peccatum de R. J. in 6.* Anton. Fab. *l. Pap. t. 2. pr. 2. confut. 1.* & Claud: David *in velit. leg. in pr. l. de J. Nat. Gent. & C. n. 2.* * E. Ita Cic: *1. de LL.* jus naturale definit rationem summam, insitam à naturâ, quæ jubeat ea, quæ facienda sunt, prohibeatque contraria. Et *lib: 2. de Invent:* jus naturale id dicit esse, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit. * F. Sic principium naturæ est, alterum non esse lædendum, ex quo necessario sequitur, neminem cum alterius injuria esse locupletandum, *l. 14. ff. de cond. indeb.* Principium naturæ est, suum cuique esse tribuendum, ex quo concluditur, patronis naturali ratione honorem deberi, *l. 2. C. de in jus vocand.* Principium naturæ est, quod tibi fieri non vis, alteri ne facias, ex quo colligitur, non occides, non furtum facies, non adulterium committes, &c. quia & tu non vis occidi, non vis bonis & facultatibus tuis spoliari, non vis in tua uxore injuriam pati. Et hæc principia sæpè solent legumlatores nobis inculcare, ne quis eorum ignorantiam prætexeret, Georg. Acac. Emenk. *lib. 1. de privil. jur. civ. c. 8.*

Thesis

82

Thesis Septima.

Gentium jus A. ex naturæ principiis per consequentiam conditionatam. B. gentium consensus, à quo etiam juris hujus ortus & interitus dependet, naturali ratione induxit. C. Populi verò, partim ex naturâ, D. partim verò ex humano judicio, ab experientiâ & prudentiâ informato, per generis ad speciem determinationem jus, quod civile dicitur, collegit. E.

* A. Quod unicum duntaxat est, non verò duplex, aliud primævum, aliud secundarium, ut Dd. putant. Quia non temerè videntur nova entia in naturæ censum invehenda sine manifesta necessitate, *Scalig. ex. 61. f. 1.* Sapiens enim naturam imitari debet, *Perer. lib. 5. de comm. om. rer. nat. prin. c. 16.* in qua nihil est frustra, quia compendio studet, & à superfluo quàm maximè abhorret, *Conimbr. lib. 2. de anima c. 3. q. 4. art. 1.* Quænam autem necessitas hanc urgeat divisionem, non liquet. Non illa, quæ ex *l. 2. ff. de 7. & 7.* affertur, in qua religio erga Deum, & pietas erga patriam & parentes jurigentium adscribitur. Quod etiam apud *Xenoph. lib. de dict. & fact. Socr.* innuitur, ubi ita legitur: *Nosti etiam, ô Hippia, leges quasdam non esse scriptas? nempe eas dicis, inquit, quæ apud Gentes omnes peræquè observantur. Potesne igitur, inquit, dicere illas ab hominibus latas esse? Quonam modo? inquit: qui neque unum in locum omnes convenire, neque sermone uti possint? A quibus ergò leges istas latas arbitraris? Equidem à Diis arbitror eas datas hominibus fuisse. Etenim apud omnes prima illa posita lex est, ut Deos veneremur. Præterea ubique lex est, ut honorem parentibus deferamus, &c.* Adscribuntur enim hæc & similia gentium juri ob approbationem, quæ à gentibus facta est, idque propriè loquendo fieri vix videtur, quia ortus & interitus istorum non à gentium consensu, sed à sola dependet naturâ. Hinc *Aristot. 1. de cælo*, naturam nobis inseruisse, ut sacrificemus, ait. Et *Cicero in orat. de Arusp. resp.* Parentibus, inquit, & Diis immortalibus & patriæ nos primum natura conciliavit; & *Valer. Max. lib. 5. c. 4.* scribit, prima & optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo usu lite-



1822.
rarū indigens; propriis ac tacitis viribus charitatē parentū libe-
rorum pectoribus infundit. Non illa, quam multi voculæ: *anti-*
qui: quæ in *l. 1. in pr. ff. de A. R. D.* habetur, affingunt. Quia ibi
opponitur gentium jus civili, ut liquidò constat ex *§. singulorum*
11. l. de R. D. & non gentium juri, quod Dd. est minus antiquum,
& dicitur secundarium, nisi dominiorum originem jurigenti-
um primævo & non secundario, quod tamen placitum jam du-
dum communiter Dd. displicuit, adscribere velis. Non illa deni-
que, quæ ex serie & exemplis *l. 2. 3. 4. 5. & 6. ff. de J. & J.* subjectis
evincitur. Diversitas enim effectuum, ut constat, non causæ di-
versitatem statim arguit. Malè ergò asseritur definiri jus gentium
primævum, in *§. jus autem civile 1. vers. quod verò naturalis l. de J. N.*
G. & C. secundarium verò in *§. sed jus quidem 2. vers. jus autem genti-*
um l. d. t. ut etiam ex *d. §. singulorum 11.* apparet, in quo Imp. ita
ait: *quarundam rerum dominium nanciscimur jure naturali, quod (sicut*
diximus,) appellatur jus gentium. Appellari autem id gentium jus,
dixit in *d. §. jus autem civile 1. vers. quod verò* in verbis: *vocaturq; jus-*
gentium. Certum verò est, jus illud, quod rerum dominia intro-
duxit, dici à Dd. communiter gentium, non primævum, sed se-
cundarium. Sequitur ergò in *d. §. jus autem civile 1.* non definiri
jus gentium primævum, ut nec in *d. §. jus quidem 2.* secundarium.
Confer *Frid. Tilem. p. 1. disp. 1. th. 13. Bronch. cent. 1. aff. 3. & Coras. 6.*
misc. 25. * B. hoc est, per modum illationis non simpliciter
necessariæ, (quæ enim ita inferuntur, ad jus naturale pertinent,) sed
magis convenientis & congruentis communi utilitati & neces-
sitati, *Thom. in secunda secund. q. 57. art. 3. & Georg. Acac. Enenk. d. loc.*
n. 45. Unde etiam dicitur hoc jus usu exigente & humanis neces-
sitatibus constitutum, *d. vers. jus autem gentium.* Hoc modo gentes
bella introduxerunt, captivitates, servitutes, dominiorum di-
stinctionem, potestatem dominandi, & disponendi de rebus su-
is purè & sub mortis conditione, omnes ferè contractus, etiam
emphyteuticum, donationem simplicem inter vivos, actiones,
&c. In hoc itaque differt à naturali jure hoc jus, quod sit à gen-
tibus excogitatum, naturale verò nobis innatum, & quod gen-
tium omnibus sic videatur, aut ab omnibus sic judicetur, natu-
rale verò simpliciter sit necessarium, *Arist. 5. Eth. c. 7. & Dom. Sot.*

de J.

de J. & J. lib. 3. q. 1. art. 3. * C. Non itaque omnes gentes ad hoc jus constituendum unum in locum convenerunt, cum ratio ipsa singulos seorsim homines illud per se satis docuerit, Dom. Sor. d. loc. & lib. 4. q. 3. art. 1. Quod ergo successivè gentibus placere visum est, id prototius orbis decreto & concilio reputatur, inquit, Alber. Gent. lib. 1. de jure bellic. 1. * D. Jus enim civile, ut præclare Duar. in l. 1. ff. de pact. loquitur, æmulatur jus naturæ, ac veluti nautæ ad cynosuram respiciunt, ad eamque suum dirigunt cursum; ita civilis omnis constitutio naturam ducem spectat, atque insequitur. Sed quia juri naturæ interpretationem addit ex his, quæ non naturæ solo instinctu, sed ingenio, prudentiâ, usu ad communem humani generis utilitatem pertinere deprehensa sunt: ideo non per omnia servire ei dicitur in l. jus civile 6. ff. de J. & J. & ibid. Cujac. * E. Ex. causa: Principium est naturæ: Malum esse puniendum: l. 1. ff. si is, qui test. lib. ess. Modus verò pœnæ reservatur legis dispositioni & fundamentum habet in humana existimatione. Rectè ergo fur punitur suspendio, ob delicti frequentiam, l. aut facta 16. §. f. & l. capitalium 28. §. solent 3. ff. de pœn. l. 1. in pr. ff. de abig. & l. unica C. de superexact. Rectè ob aliud principium patribus data est potestas in liberos, §. jus autem 2. l. de patr. potest. pupillus est in tutela, §. impuberes 6. l. de Attil. tut. usucapio est introducta, ut & donatio mortis causa, propter nuptias, legitima, stipulatio, acceptilatio, de quibus alibi.

Thesis Octava.

Constat autem civile jus scripto, aut sine scripto. A. Illud propriè & impropriè sumitur. Jus propriè acceptū B. aut fecit consensus, C. qui est vel totius populi, unde lex, D. vel partis, E. unde plebiscitum, F. aut necessitas constituit, ut est Senatusconsultum, G. Constitutio Principis, H. & responsa prudentum. I. Impropriè verò sumtum, K. Prætorium L. dicitur. Hoc firmavit consuetudo. M.

* A. §. constat autem 3. l. de J. N. G. & C. & l. jus civile 6. §. 1. ff.



ff. de J. & J. quæ species ab institutis Lacedæmoniorū & Atheniensium petita sunt, §. *non ineleganter* 10. I. de J. N. G. apud quos scriptura discrimen essentielle juris scripti & non scripti non constituebat, quia utriusque essentia in expresso consistebat consensu, ut ex *Plutarch. Lycur.* constat; sed accidentale tantum, ut & apud Romanos. Lex etenim scita & accepta ab omnibus civibus jurejurando confirmabatur, juramento verò confirmata tabulis æneis & columnis incidebatur, incisa denique memoriæ causa reservabatur, l. 2. C. de *frum. urb. Constantin.* Cicer. *Philipp. 1. & 3.* Anton. August. de LL. c. 15. & 16. & Paul. Manut. lib. de *antiq. Roman.* Quod autem naturâ demum & tempore rem sequitur perfectâ, id ei in essentia addere nil potest. Dissentit *Wesenbec. in parat. ff. de LL. n. 5.* & *Joh. Niel. disput. feud. 1. tbes. 2.* Essentialis autem differentia, quæ à Romanis inventa est, consistit in expressa sanctione juris scripti, & non scripti tacitâ populi approbatione.

* B quod nihil aliud est, quàm constitutio expresso consensu facta, ab eo penes quem illa potestas est, arg. l. 1. 2. 3. & 32. ff. de LL.

* C. l. ergò 4. ff. de LL. Cujac. lib. 14. obs. 16.

* D. quæ nomen habet non à legendo, ut publicè lecta in omnium veniat notitiâ, ut vult *Isidor. lib. 5. orig. c. 3.* & *Joh. Niel. d. loc.* sed vel à ligando, Thom. in *prima secunda q. 90.* vel secundum *Cic. 1. de LL. Dom. Sor. 1. de J. & I. q. 1. art. 1.* & Anton. August. lib. de LL. c. 1. à legendo, hoc est, deligendo, quod in lege sit delectus rerum agendarum. confer *Cels. Bargal. lib. 3. de dol. c. 12. n. 6.* & definitur constitutio totius populi, senatorio magistratu interrogante, veluti consule, §. *lex est 4. I. de I. N. G. & C.* cujus definitionis intellectus dependet ab antiquo legum rogandarum apud Romanos more, quem vide apud *Paulum Manut. d. loc.* Anton. August. de LL. c. 7. 12. 14. Joach. Perion. de *Mag. Rom. & Græcor.* Joh. Rosin. lib. 8. *antiq. Rom. c. 8.*

* E. quæ plebs vocabatur, in qua gentes patriciæ non insunt, §. *lex est 4. vers. plebis I. de I. N. G. l. plebs 238. in pr. ff. de V. S.* Capito apud *Gellium lib. 10. Noct. Att. c. 20.*

* F. Plebisciti, à plebe & sciscere (est autem sciscere, juxta *Festum*, sententiam dicere & suffragium ferre,) dicti, origo quæ fuerit, apparet ex triplici plebis ab urbe secessione. Prima fiebat Anno C. U. 260. in montem Sacrum ad flumen Anienem. Caussam huic secessioni graves

graves

027
graves foeneratorum injuriæ, quibus vulgus ob æs alienum contractum premebatur, præbuerunt, ut ex Plut. in Coriol. constat. Hæc non solum deformem, sed etiam miserrimum Reipublicæ statum reddebat: à capite ejus cœterâ parte corporis, pestiferâ seditione, exhaustâ. Ac ni Valerii subvenisset eloquentia, spes tanti imperii in ipso penè sortu suo corruisset. Is namque populum novâ & insolitâ libertate temerè gaudentem, oratione ad meliora & saniora consilia revocatum, senatui subjecit, id est, urbem urbi junxit, *Valer. Max. lib. 8, c. 9.* Reconciliata autem patribus multitudo impetravit, ut quinque viros ipsis liceret eligere, qui indigentibus auxilio essent: hi tribuni plebis inde dicti, (*vide l. 2. §. iisdem 20. ff. de O. l.*) primi que creati à plebe hi, qui secessionis duces fuerant Junius Brutus, & Sicinius Bellutus, *Plut: d. loc:* à quibus deinde alii tres electi fuere, ut numerum, classium, ex quibus P. R. constabat, æquarent, *Varr. lib. 4. de ling. latin. & Cujac. in d. l. 2. §. iisdem 20.* Altera fiebat Anno U. C. 305. in Aventinum montem, cum in tyrannos Decemviri degenerassent, *d. l. 2. §. & cum placuisset 24. ff. de O. 7. Reusn. in Isag. Hist.* Revocabatur autem anno seq. à L. Valerio Potito & M. Horatio Barbato primis post Decemviros Coss: qui, cum veluti in controverso jure esset, tenerentur ne patres plebiscitis, legem centuriatis Cõit. tulere, ut quod tributim plebs jusisset, populû teneret, quæ *Horatia* vocabatur. Quæ tamen, licet renovata fuerit Anno U. C. 414. à Q. Publilio Philone Dictatore, à quo etiam *Publilia* deinde dicta est. *Liv. lib. 8. Zaf. in Catalog. LL. Antiq. & Ant. Aug. lib. de LL. in L. Publilia* iterum tamen in contentionem venit, adeò, ut tertia vice plebs Anno U. C. 467. secesserit in Janiculum, (quid a fuerit Janiculum tradit *Ros. lib. 1. antiq. c. 11.*) in cujus esculeto tandem Q. Hortensius Dictator veterem legem *Horatiam* seu *Publilianam*, nunc *Hortensiam* dictam, repetiit, ut quod plebs jusisset omnes teneret Quirites, & ita plebem urbi restituit, *d. l. 2. §. deinde cum esset 8. ff. de O. 7. Gell. lib. 15. c. 27. & Ant. Aug. lib. de LL. in L. Horat. & Hortens.* Hinc dicuntur plebiscita lege Hortensianâ (populi cõsensu) latâ non minus valere quàm Leges, *d. §. lex est 4. in f. l. de l. N. G. & C. quæ tamen propriè leges non sunt, Gell. d. loc. Ant. Fab. I. P. lib. 1. t. 2. pr. 7. illat. 3. Con. 1. com. 13. n. 6. & Mat. Hub. disp. 1. diff. jur. th. 18. * G.*

E

cum.



Cum n. plebs difficile conveniri cœpit, populo certè multo difficilius in tanta turbâ hominum: necessitas ipsa curâ Reip. ad Senatum deduxit. Ita cœpit Senatus se interponere: & quicquid cœstituisset, observabatur, idq; jus appellabatur Sctm, l. 2. §. deinde 9. ff. de O. I. & §. Sctm 5. l. del. N. G. Cuj. in recit. ad l. 7. ff. del. & l. 14. obs. 16. A. Fab. l. R. t. 2. p. 7. ill. 3. & in Rat. l. ergo 40. ff. de LL. ibiq; Cor. Hoc respectu Sctm dicitur sine lege inductum, in d. l. 2. §. ita 12. ff. de O. I. ut nō necesse sit pro: lege: legere cum Goth. plebe. Est a. Senatus Senatorū & eorum, qui jus sententiæ habent conventus, coactus ab eo cujus hoc potestati commissum erat, ad consilium capiendum de Rep. more & instituto majorum, Zamos. lib. 2. in pr. de Sen. Rom. Quo tempore cæperint Senatores, tradit Plut. in Rom. Liv. lib. 1. Halicar. lib. 2. Sigon. 2. de antiq. l. C. 2. Rosin. 7. antiq. 5. unde dicantur, Eutrop. lib. 1. Quint. lib. 1. c. 6. P. Greg. Thol. in synt. jur. lib. 47. c. 25. n. 1. quot Sig. & Ros. dd. loc. & quomodo lecti fuerint, Val. Först. 2. hist. jur. civ. 83. & Zamos. d. lib. 1. qui v. potestatem convocandi senatum habuerint, Liv. lib. 4. & 22. Gell. 14. Noct. 7. & Con. l. com. 14. n. 1. & qui, Zamos. d. lib. 2. Suet. in Aug. quot, Liv. lib. 9. Bud. l. f. ff. de Sen. Zamos. d. lib. 2. quomodo Con. & Bud. dd. loc. sub qua pœnâ, Liv. lib. 3. Cic. Philipp. 1. & lib. 3. de Orat. quo loco & tempore convocari potuerint, Zam. d. lib. 2. * H. Ut n. constituendi juris via ad pauciores, Senatum videlicet rebus ita dictantibus transiit, sic per partes, h. e. per vices paulatim evenit, ut necesse esset Reip. per unum consuli. Nam Senatus non perinde omnes provincias probè regere poterant. Igitur constituto Principe, datum est ei jus, ut quod constituisset ratum esset, d. l. 2. §. novissimè 11. ff. de O. I. & §. sed & 6. l. del. N. G. & C. Datum a hoc ei est lege Regiâ, quæ peculiariter de Principis imperio, Just. Eccard. ad L. Reg. Mar. Salomon. & Muret. in l. 1. ff. de constit. princ. & Bernh. Walt. 2. mis. 29. non Romuli, non L. Flacci Interreg. non LL. 12. Tab. non C. Jul. Cæsarîs, non Tiberii, sed Imp. Augusti temporibus primùm lata est: 1. quia legis Regiæ requisita, quæ habentur in l. 14. §. f. ff. de manum. l. 2. §. novissimè 11. ff. de O. I. l. 1. in pr. ff. de L. Jul. ambit. l. 1. ff. de offic. ejus, cui. l. 3. C. de Testam. l. 1. §. 7. C. de vet. l. enucl. prædicari possunt de Augusto 2. quia formula L. Regiæ repetitur in antiquis lapidibus ab Aug. 3. confirmat hoc colloquium inter Augustum, Agrippam & Meccœnaté habitum, de quo Dion. lib. 53. & Tacit. in Annalib. Solvit a.

hæc

hæc lex Imp. legibus non divinis, *c. convenior 23. q. 8. c. 1. & 2. dist. 10. & c. quæ contra dist. 8. non naturalibus, §. sed naturalia 11. l. de I. N. G. l. 8. ff. de cap. min. l. 2. ff. de usufr. ear. rer. §. f. 1. de legit. agnat. tut. l. pen. C. de adop. non gentium, Georg. Acac. Enekn. de privil. l. C. lib. 1. c. 8. n. 50. & seqq. sed civilibus omnibus, cum fruatur majestate, Arnold. Clapm. de arcan. rerump. lib. 1. c. 10. Arnif. de jure majestat. lib. 4. c. 3. principalissimum in Republica sit, §. sed & 6. l. de I. N. G. & l. 1. ff. de constit. prin. communicet legibus vim suam, l. 12. C. de LL. Arnif. d. loc. n. 6. ei leges subjiciantur, Nov. 105. c. 2. §. f. c. 1. dist. 4. eidemque concessa sit potestas legibus soluta, l. 31. ff. de LL. Digna tamen vox est majestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri, l. 4. C. de LL. l. 3. C. de Testam. l. 23. ff. de leg. 3. Nov. 3. c. 2. §. 1. Vinc. Castell. de offic. Reg. lib. 3. c. 18. Georg. Acac. Enekn. lib. 1. de privil. Iur. C. c. 8. Quodcumque igitur Imp. per Epistolam & subscriptionem statuit, vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat. Hæc sunt quas constitutiones (per Antonomas. Don. 1. comm. 5.) vulgò appellamus, l. 1. §. 1. ff. de constit. Princ. Ex his a. quædam sunt personales, qualis etiam est Principis interlocutio, l. 2. & 3. C. de LL. Gl. in d. l. 1. §. 1. quæ nec ad exemplum trahuntur: quædam verò generales, quæ omnes tenent, d. l. 1. §. 2. & d. §. sed & 6. vers. plane ex his. * I. d. l. 2. §. post hunc 47. ff. de O. I. Anton. Fab. in l. 40. ff. de LL. Non tamen prudentum interpretationes, quæ fiebant ad LL. 12. Tab. edicta Prætorum, vel Principum constitutiones, responsa erant, de quibus hîc, quia destituebantur proprio nomine, & communi jus civile appellabantur, d. l. 2. §. his legibus 5. & §. ita 12. Cels. Bargal. lib. 2. de dol. c. 8. n. 2. * K. l. jus 7. in pr. & §. 1. cum l. seq. ff. de I. I. & §. prætorum 7. l. de I. N. G. Anton. Fab. l. P. t. 2. pr. 6. & 10. * L. à Prætoribus adjuvandi, supplendi, corrigendi, emendandi & impugnandi juris civilis gratia introductum, d. l. 7. §. 1. pr. 1. de bon. poss. & §. ceterum 3. l. de legit. agn. succ. non ut tollat vel abroget jus civile, d. pr. 1. de bon. poss. & l. f. C. de LL. sed ut ejus asperitatem corrigat, quodque ei deest impleat, Ant. Fab. d. pr. 10. illat. 2. Ut igitur jus civile nullo modo tollit naturale, quod potius à seipso tollitur; sic nullo modo Prætorium tollit civile. Hujus juris pars est, edictum quod Ediles Curules*

728,
proponerant, d. §. pratorum 7. Don. ad tit. de Ædil. ed. & Rosin. lib. 7. antiq. c. 25. * M. §. sine scripto 9. l. de I. N. G. & C. Hujus forma est, non rationabilitas, sed tacitus populi consensus, l. 32. §. 1. ff. de ll. ubi actus aliquot, ut ex iis consensus colligi queat, desiderantur, ut & temporis intercapedo, quæ perseverantiam arguat consensus. Illi qui & extrajudiciales, ut & hæc, in totum judici relinquuntur, l. 32. in pr. ff. de usur. Effectus consuet. est habere vim legis, d. l. 32. §. 1. & seqq. d. §. 9. l. de I. N. G. quemadmodum ergò lex una per aliam tollitur, sic etiam per consuetudinem, §. pen. l. d. t. & d. l. 32. §. 1.

Thesis Ultima.

Mediis verò ita utendum erit, ut maturiùs juris cognitionem, quæ Jurisprudentia A. dicitur, adipiscamur, quod fit rectè, si primùm levi viâ, dein diligentissimâ interpretatione singula tradantur. B. Illa in Insti: hæc verò in Pand: observatur.

* A. 1. quia in §. 1. l. de I. & I. Jurisprudentia definitur scientia, subjicitur rectè in §. scientiæ seu cognitionis istius modò. 2. per l. 1. in pr. & l. 10. §. 2. ff. de I. & I. 3. quia illæ duæ definitiones differunt quatuor modis. 1. Auctoribus. 2. definitis. 3. generibus. 4. differentiis specificis. * B. Jacob. Omphal. lib. 1. de usurp. leg. c. 18. n. 5.

F I N I S.







Ms 108. 8

ULB Halle
006 836 33X


3



Ms 108







XXV. 17

ATIONUM VER-
 ALIUM II.
 DE
ISRO.
 RINCIPIIS
 TIONIS ET
 RATIONIS,
 QUAM
 ANTE DEO,
 e Amplissimo Jcto-
 m Ordine,
 ÆSID E
 simo & Consultissimo,
O UNGEPAUR,
 U. J.
 STRISALANA
publicè
 SEPTEMBRIS
fendere conabitur
GEORGIUS MÜLLER,
 MBERGENSIS.
 EN Æ
 ERIANIS, ANNO C. 1613.
 nis in rebus conatus in laude,
 in casu est: Apul. in Florid.

